REGVLAE
OMNES, ORDINATIONES ET CONSTITVTIONES CANCELLARIÆ S. D. N. D. IVLII, DIVINA PROVIDENTIA PAPÆ III.



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

ROMÆ APVD ANTONIVM BLADVM
Impreſſorem Cameralem. M. D. L.
Cum Priuilegio Summi Pontifici, ad Biennium.

REGVLÆ, ORDINATIONES, ET CONſtitutiones Cancellariæ S.D.N.D. IVLII diuina prouidentia Papæ III.

SAnctiſſimus in Chriſto pater, & Dominus noſter, dominus Iulius diuina prouidentia Papa III. ſuorum prædeceſſorum veſtigiis inhærendo: normam & ordinem rebus gerendis dare volens: in craſtino aſſumptionis ſuę ad ſummum apoſtolatus apicem: videlicet, die nona menſis Februarii anni Domini M.D.L. Reſeruationes, conſtitutiones, & regulas infra ſcriptas fecit: quas etiam ex tunc ſuo tempore duraturas obſeruari voluit: & quas nos Alexander ſancti Laurentii in Damaſo Diaconns Cardinalis S.R.E. Vicecancellarius, die Martis vigintiquinq; menſis Februarii anni prædicti in Cancellaria apoſtolica publicari fecimus. A. Car. de Farneſio Vicecancellarius.

Reſeruationes generales, & ſpeciales, & primo Conſtitutionum ad regimen, & Execrabilis.

IN Primis Reſeruationes fecit ſimiles illis, quæ in Conſtitutione fe. re. Benedicti Papæ XII. quæ incipit. Ad regimen continetur: & illas locum habere voluit, etiam ſi officiales, in eadem conſtitutione expreſſi, Apoſtolicæ ſedis officiales ante obitum eorum eſſe deſierint, quo ad beneficia, quæ tempore, quo officiales erant, obtinuerāt: ac reſeruauit beneficia, quę per conſtitutionem pię memorię Ioannis XXII. quæ incipit Execrabilis, vacant: vel vacare contigerit.

Reſeruatio Cathedralium eccleſiarum, & Monaſteriorum, valorem Ducentorum Florenorum excedentium.

ITEM, reſeruauit generaliter, omnes eccleſias Patriarchales, Primitiales, Archiepiſcopaſes, Epales, necnon omnia Monaſteria, virorum valorem Ducētorum Florenorum auri communi æſtimatione excedentia: & voluit ꝙ exceſſus huiuſmodi, in literis exprimatur.

Reſeruauit dignitates poſt Pontificales maiores in Cathedralibus, etiam Metropolitaū. & principales in Collegiatis, ac dignitates Conuentuales quorūcunq; ordinum, ſed non militiarum, necnon ſuorum, & Cardinalium familiarium beneficia.

ITEM, reſeruauit generaliter diſpoſitioni ſuę, omnes dignitates maiores poſt Pōtificales, in Cathedralibus & Metropolitaū. necnon valorem decem florenorum auri, cōmuni æſtimatione excedentes. Principales in collegiatis reſeruauit etiam Prioratus, Prępoſituras, Prępoſitatus, ac alias dignitates cōuentuales, & præceptorias generales ordinum quorūcunq;, ſed non militiarum: ac quæcūq; beneficia, quæ ſui etiam dum Cardinalatus fungebatur honore, exiſtentes, & ſanctæ Romanæ Eccleſiæ viuentiū nunc, & qui erunt ſuo tempore Cardinalium familiares, continui commenſales, obtinent, & impoſterum obtinebunt, eorum familiaritate durante, ac in quibus, ſeu ad quæ ius eis competit, aut competierit, etiam ſi ab ipſa familiaritate, per obitum Cardinalium eorūdem, vel alias, receſſerint. Ac fe. re. Pauli II. Innocētii VIII. Adriāi VI. & Pauli III. Ro. Pontificum prędeceſſorum ſuorum veſtigiis inhærendo: declarauit dignitates, quę in Cathedralibus, vel Metropolitaū poſt Pontificales non maiores exiſtunt, & quæ ex apoſt. ſedis indulgentia, vel ordinaria auctoritate, aut conſuetudine pręſcripta, vel alias quouis modo, in Collegiatis eccleſiis, principalem pręeminentiam habere noſcuntur; ſub reſeruatione prędicta comprehendi debere.

Reſeruatio beneficiorum Collectorum, & Subcollectorum.

ITEM, reſeruauit generaliter, omnia beneficia eccleſiaſtica, quorumcunq; Collectorum, & vnicorum in quacunq; Ciuitate, vel dioceſi, qui ſuo tẽpore eorum officia exercuerint. Subcollectorum fructuum & prouentuũ Cameræ Apoſtolicę debitorum, illa videlicet beneficia duntaxat, quæ durante eorum officio obtinuerint, ac in quibus ad quę ius, tunc eſt competierit.

Reſeruatio beneficiorum Curialium, dum Curia transfertur.

ITEM, reſeruauit omnia; & ſingula beneficia eccleſiaſtica quorumcunq; Curialium quoſdam curia Romana, de loco ad locum transfertur, eam ſequendo decedere contigerit, & in quouis loco quantumcunquæ etiam a dicta Curia remoto.

Reſeruatio beneficiorum Cubiculariorum, ac Curſorum ſuorum.

ITEM, reſeruauit generaliter idem dominus noſter Papa diſpoſitioni ſuæ, omnia beneficia Cubiculariorum & Curſorum ſuorum.

Reſeruatio beneficiorum ſancti Petri, ſancti Ioãnis Lateraneñ. ſãctę Marię maioris de vrbe eccleſiarũ, ac beneficiorũ Cardinaliũ a Ro. Curia abſentium.

ITEM, reſeruauit diſpoſitioni ſuę generaliter, quæcunq; Canonicatus, & prębendas, ac dignitates, perſonatus, & officia, in principis Apoſtolorum, ſancti Ioãnis Lateraneñ. ac beatæ Mariæ maioris de vrbe eccleſiis, necnõ ad collationem, prouiſionem, & præſentationẽ, ſeu quã-

uis aliam diſpoſitionem S.R.E.Cardinalium, a Romana Curia abſentium, ratione ſuorum Epiſcopatuum Cardinalatus, & ipſorum Cardinaliũ titulorũ ſpectantia, quandiu abſentia ſua durauerit, Canonicatus, & præbendas dignitates, pſonatus, adminiſtrationes, vel officia, cęteraq; beneficia eccleſiaſtica cum cura, vel ſine cura vacantia, & inantea vacatura, tam in eadem vrbe quam in eccleſiis, ciuitatibus, & dioceſibus dictorum Epiſcopatuum cõſiſtentia, ac decreuit irritum &c.

ITEM, voluit idem dominus noſter Papa, quod cõceſſa per Paulum prędeceſſorem ſuum, & de eius mãdato expediantur in forma rationi congruit, ſub die Coronationis ſuæ, vt moris eſt. & idem, quo ad conceſſa per fe. re. Clementem papam VII. etiam prædeceſſorem ſuũ ad ſex menſes duntaxat, ab ipſa die Coronationis incipiendos, obſeruari voluit.

Reſeruatio omnium eccleſiarum, quas prædeceſſores tẽpore obitus reſeruauerant, pariter beneficiorum tunc vacantium tanquam affecta.

ITEM, declarauit omnium & ſingulaꝝ eccleſiarum Cathedraliũ, & Monaſteriorum prouiſiones: quas pręfati prædeceſſores ſui, ordinationi; & diſpoſitioni eorum, necnon omnia & ſingula beneficia eccleſiaſtica, quæ dicti prędeceſſores, etiam præfatæ diſpoſitioni, cum interpoſitione decreti reſeruauerant. Quæ quidem eccleſiæ, & Monaſteria, necnon ſic reſeruata beneficia, tempore obitus eorundem prędeceſſorum vacabant, aut eccleſiæ, vel Monaſteria huiuſmodi, ſi commendata, vel eis adminiſtratores deputati non fuiſſent, etiam tunc vacaſſent, remanſiſſe, & remanere, per huiuſmodi reſeruationem & decretum affecta, nullumq; de illis, pręter Ro. Põtificẽ, ea vice ſe intromittere, vel diſponere potuiſſe ſiue poſſe quoquomodo:

decernens irritum & inane, ſi ſecus de illis, attẽtatum forſan erat tunc, vel imposterum contigerit attentari.

Reualidatio literarum, gratiam vel iuſtitiam continentium, ac reſtitutio in priſtinũ ſtatum, ad exequendum, ac ſi inchoatio infra annum facta fuiſſet.

ITEM, prædictus dominus noſter, omnes & ſingulas ab ipſis prædeceſſoribus ſuis, infra annum, ante diem obitus eorum, conceſſas, gratiæ vel iuſtitię literas, tẽporibus debitis, earum executoribus nõ pręſentatas, omnino reualidauit, & in ſtatum priſtinum, in quo videlicet an̄ fuerant vel pro quibus erant obtentę, quo ad hoc, plenarię reſtituit: ac decreuit per executores prædictos, vel ab eis ſubdelegandos, perinde ad ipſarum executionem procedi poſſe, & debere, ac ſi executio huiuſmodi, temporibus prædictis inchoata fuiſſet.

ITEM, reuocauit q̃ſcũq; expectatiuas, & collatiõn. mutationes, ac reualidationes, & extẽſiones, eas quomodolibet cõcernẽtes etiam ſi qui per eas in canonicos, ſub expectatione præbendarum, vel portionũ, creati aut recepti fuiſſent. Necnon alias quàm ſup q̃bus per Cãcellariam apoſtolicam literę in forma ſolita expediti conſueuerunt, reſeruationes etiam mentales, perinde ac ſi non emanaſſent de quibuſuis etiã Patriarchalibus, Metropolitanis, & aliis Cathedralibus Eccleſiis, ac Monaſtriis, & beneficiis vacaturis, cũ prouiſionibus, & commendis: aliiſq; diſpoſitionibus, ſeu de prouidẽdo, & cõmendãdo, aliaſq; diſponendo mandatis & extẽſionibus indeſecutis: necnõ abſq; cõſẽſu coadiutorias, ſeu coadiutoriũ deputatiões, et cũ ſucceſſione, p dictũ Paulum, & alios Ro. Pont. ſuos, p̃deceſſores, in fauorẽ quorũcũq;, & q̃buſcũq;, et S. R. E.

Cardinalibus,& ſub quibuſuis verboꝝ formis,etiã motu proprio,& de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine,ſeu Cõſiſtorialiter,conceſſas,& factas,ac facultates nominandi, reſeruandi,conferendi,commendandi,& alias diſponendi,quæ ab eiſdem prędeceſſoribus emanarunt,illamq; vigore factis nominationes,& reſeruationes, quo ad ea,in quibus nondum vere,nõ autem per decretum in illis appoſitum,ſunt ſortitæ effectũ; nec alicui,quaſcũq; declarationes,aut prędeſeruatiuas,vel ex tũc,prout ex die reuocationis huiuſmodi reſtitutiuas,& reualidatiuas clauſulas, vel adiectiones,etiam ſi in eis decretum eſſet, illas ex tũc effectum ſortitas eſſe,& ius in re quæſitum fore,aduerſus reuocationẽ hmõi,in aliquo ſuffragari,ac tenores, & formas omnium prędemiſſorũ pro expreſſis habere voluit.

ITEM, rationalibus ſuadentibus cauſis,ipſe dñs noſter omnes vniones ãnexiones,incorporationes, ſuppreſſiones,extinctiones,applicationes, & diſmẽbrationes, et perpetuas de quibuſuis Cathedralibus,necnõ aliis eccleſiis Monaſteriis,dignitatibus,perſonatibus, officiis,ac locis,& bñficiis eccleſiaſticis,per ceſſum,vl' deceſsũ, aut quãuis aliam dimiſſionem,ſeu amiſſionem qualiacũq; fuerint inuicem,vel aliis eccleſiis,monaſteriis,mẽſis,dignitatibus pſonatibus,officiis,beneficiis,& piis,ac aliis locis vniuerſitatibus,et ſtudiorum generaliũ,& collegiis et in fauorẽ S.R.E.Cardinalium,ſeu eccleſiis,monaſteriis,& bñficiis p eos obtentis quomodolibet, Apoſtolica vel alia quauis auctoritate factas,quæ ſuum ſortitę non ſunt effectũ, ac quæcũq; conceſſiones,& mandata,ſuper vnionibus,ãnexionibus,& incorporationibus,ac aliis pmiſſis taliter faciẽdis,reuocauit,caſſauit,& irritauit, nulliuſq; decreuit exiſtere firmitatis,nec alicui quaſcũq; clauſulas,vel adiectiones,in quibuſuis apoſtolicis,et quæ Motu proprio,aut ex certa ſciẽtia,et Conſiſtorialiter proceſſerant,& emanauerant literis,etiam ſi in eis decretum eſſet, illas ex tunc

effectum ſortitas eſſe, aut ius quęſitum fore quomodoli-
bet contentas aduerſus reuocationem, caſſationem, & ir
ritationem huiuſmodi voluit aliquatenus ſuffragari.

Reuocatio facultatem conceſſarum quibuſcunque.

ITEM, reuocauit quaſcunque facultates cóceſſas qui
busuis Patriarchis, Archiepiſcopis, Epis, ac alijs Prælatis,
& perſonis, necnon apoſto. ſedis Nuncijs, ac fructuum, &
prouentuum Cameræ apoſt. debitorum Collectoribus,
de diſpenſando cum quibuſuis perſonis, ſuper matrimo
nio contracto, vel contrahédo in gradu prohibito, ac ſu
per natalium & ætatis defectibus, & de incópatibilibus be
neficijs eccleſiaſticis inſimul retinédis, necnó de Notarijs
publicis creádij, ac de diſponédo quolibet de quibuſuis
beneficiis eccleſiaſticis, & alias a præmiſſis, officia ipſorũ
Nunciorum, & Collectorum, directe non concernentes:
Necnó facultates, & indulta, quibuſuis Cardinalibus, aut
aliis perſonis, de quibuſuis beneficiis eccleſiaſticis, certarũ
ciuitatum, & diœceſum, in quibus ipſi non erat, nec vn-
quam fuerant veri ordinarii Collectores: ſed de ipſorum
ordinariorum conſenſu: aut etiam ſine eorum cóſenſu,
ſeu ſede Epiſco. vel etiam Archiepi vacañ. diſponédi: aut
Vicarios perpetuos, ſeu téporales, qui etiã eiſdem Cardi
nalibus aut perſonis huiuſmodi beneficia cóferrent, vel
commendarent, deputãdi, aut ipſi Vicarii, per quoſcũque
Romanos Pontifi. prędeceſſores ſuos; deputati fuiſſent,
etiam perinde ac ſi veri, & non ficti; inibi ordinarii Col
lectores eſſent, ac etiam cum decreto, quod diſpoſitiones
de eiſdé beneficiis; abſque eorũdem Cardinaliũ, vel perſo-
narum conſenſu; etiam per ſedem apoſtolicam pro tem-
pore factæ, nullius eſſet roboris, quomodolibet cóceſſa;
etiam ſi in literis deſuper cófectis; ſint clauſulę reſtituto-
rię, reintegratoriæ, & derogatoriarum derogatorię; & aliæ
efficaciores, quas pro expreſſis haberi voluit, quo ad om

nia in quibus facultates ipſæ non ſunt ſortitæ effectum: etiam ſi Nunciis eiſdem dictæ ſedis Legati de latere competens ſit conceſſa poteſtas: decernens irritum: &c.

ITEM: reuocauit quaſcũq; facultates, & literas deſuper confectas: per quas quicũquæ ſui prædeceſſores, Ro. Põtifices, quibuſuis perſonis ordinariam collationẽ, ſeu aliam diſpoſitionem beneficiorum eccleſiaſticorũ: de iure, vel conſuetudine habentibus, ex quauis etiam Patriarchali; Archiepiſcopi: Epiſcopi: vel alia dignitate: non tũ Cardinalatus honore fungẽn. quauis cõſyderatione, vel intuitu: ſeu etiam Motu proprio: & ex certa ſcientia: ac de Apoſtolo. poteſtatis plenitudine conceſſerant: vt quã diu viuerẽt: vel ſuis Eccleſiis: ſeu Monaſteriis preceſſent; aut ad aliud tempus, de beneficiis eccleſiaſticis: gñaliter reſeruatis, ſeu affectis. ad eorum collationem; prouiſionẽ, præſentationem, electionem: aut quamuis aliam diſpoſitionem, communiter vel diuiſim ſpectantibus, diſponere libere & licite valerent, aut etiam ad id, per eoſdem prędeceſſores Vicarii perpetui, vel ad tẽpus, cõſtituti forẽt.

De dictionibus numeralibus in literis Apoſtolicis ponendis.

ITEM, vt in Apoſtolicis literis committendi crimen falſi perãplius tollatur occaſio: voluit, ſtatuit, & ordinauit: quod inantea: dictiones numerales: quæ in dictis lris ante Caleñ. Nonas, & Idus, immediate poni conſueuerũt: per literas: & ſyllabas; extẽſę ſcribantur; & illę, ex pręfatis literis; in quibus hmôi dictiones aliter ſcriptę fuerint; ad Bullariam nullatenus mittantur.

De concurrentibus ſuper beneficio; iuxta qualitatem.

ITEM, voluit; quod de concurrentibus ſuper vacantibus, ſeu certo modo vacaturis; bñficiis; illi quibus gra-

tiæ;Motu proprio;cōceduntur;cæteris; ſimili modo gratias nō habentibus;alias graduati nō graduatis,& inter graduatos magis graduati, aut inter æqualiter graduatos prius graduati; Necnō colorato titulo poſſeſſores, nō poſſeſſoribus,ac inter pſonas alias in Curia pñtes abſentibus ab ea,ac inter pñtes; nō beneficiati,beneficiatis, & ſimiliter inter abſentes, & cæteris partibus oriūdus nō oriundo,& diœceſanus non diœceſano. In reliquis vero, ſinguli,qui prius apoſtolicas deſuper literas eorum executoribus præſentauerint, aliis, in ipſorum de quibus agi contigerit beneficiorum aſſecutione,præferantur,

De non tollendo ius quæſitum per quamcunq; Commiſſionem.

ITEM, ne per varias,quæ pro Cōmiſſionibus,ſeu mādatis & declarationibus habendis,in cauſis, plerumquæ fiūt ſuggeſtiones,iuſtitia poſtponatur,idem dominus noſter,decreuit,& declarauit ſuæ intētionis fore, quod deinceps,per quācunquæ Signaturam,ſeu conceſſionē, aut gratiam,vel literas apoſtolicas pro Commiſſionibus,ſeu mādatis,aut declarationibus huiuſmodi, etiam ſi Motu proprio,& ex certa ſcientia,ac etiam ante motam litem, a ſanctitate ſua emanauerint,vel de eius mandato faciendas,nulli ius ſibi quæſitum quomodolibet tollatur.

In xiiii.anno in Cathedralibus. In x.autem anno in Collegiatis eccleſiis,poſſunt habere Canonicatus & præbendas.

ITEM,quod prouiſiones,ſeu conceſſiones,vel mādata de prouidēdo,de Cathedralium eccle. Canonicatibus & præbēdis,quæ pro quibuſuis perſonis,ſi.xiiii. ſuę ætatis annum non compleuerint, quomodolibet emanauerint,niſi eis,quod illos in minore ætate recipere poſſint, per ſedem apoſtolicā ſpecialiter cōceſſum fuerit,& quę

cunq; diſpoſitiones dei Canonicatibus, & præbendis, in Collegiatis eccleſiis, ſi impetrantes maiores decem annis non fuerint, & de hoc in impetrationibus huiuſmodi, expreſſa mentio non fiat, nullius roboris ſint vel momẽti, & habeantur pro infectis.

De Infirmis eorum beneficia reſignantibus.

ITEM, voluit, quod ſiquis in infirmitate cõſtitutus, reſignauerit aliquod beneficium dimiſſerit aut illius cõmendę ceſſerint, ſeu ipſius beneficii vnionis diſſolutioni conceſſerit etiam vigore ſuplicationis dum eſſet ſanus ſignatæ, & poſtea infra viginti dies a die per ipſum reſignã tem pręſtandi conſenſus computandos, de ipſa infirmitate deceſſerit, ac ipſum beneficium, quauis auctoritate cõferatur, per reſignationem ſic factam, collatio huiuſmodi, nulla ſit, ipſumq; beneficium nihilominus, per obitũ cenſeatur vacare.

Cui conceditur prouideri de parrochiali eccleſia, debet intelligere, & loqui idioma illius patrię.

ITEM, voluit quod ſi contingat ipſum alicui perſonę de parochiali eccleſia prouidere, ſeu mandare prouideri, vel gratiam expectatiuam cõcedere, niſi dicta perſona intelligat, & intelligibiliter loqui ſciat idioma loci, vbi huiuſmodi eccleſia conſiſtit, prouiſio ſeu mandatũ, & gratia deſuper, quo ad parochialem eccleſiam, nullius ſit roboris, vel momenti.

De beneficio impetrato per obitum viuentis.

ITEM, ſiquis ſupplicauerit ſibi de beneficio quocũque, tanquam per obitum alicuius, licet tunc viuẽtis vacante prouideri, & poſtea, per obitũ eius vacet prouiſio,

& queuis alia diſpoſitio, dicto ſupplicanti, per obitū huiuſmodi denuo faciendę, nullius ſit roboris vel momēti.

De vnionibus, & vnionum confirmatione.

ITEM; voluit quod petentes beneficia eccleſiaſtica aliis vniri: teneantur exprimere verum annuum valorem ſecundum communem æſtimationem, tam beneficii vniendi, quàm illius, cui vniri petitur, alioquin vnio nō valeat. Et ſemper in vnionibus Commiſſio fiat ad partes; vocatis quorum intereſt. Et idem voluit obſeruari in cōmiſſionibus vnionum factarum.

De mendicantibus; trāſumptibus ad alios ordines.

ITEM, de mendicantibus; qui ad alios ordines trāſierint pro tempore, voluit Conſtitutionem fe. re. Martini Papę V. prędeceſſoribus ſui deſuper factam; & in libro cancellarię apoſt. deſcriptam; quæ incipit. Viam ambitioſę cupiditatis &c. firmiter obſeruari.

De male promotis ſeu ordinatis ad ſacros ordines.

ITEM; de clericis extra tempora a iure ſtatuta; ſiue ante ætatem legitimam; aut abſq; dimiſſoriis literis; ad ſacros ordines ſe promoueri facientibus pro tēpore; ēt voluit Conſtitutionem pię me. Pii Papę II. ſimiliter prædeceſſoris ſui deſuper æditam; & in dicto cācellarię apoſtolicę; libro deſcriptam; quæ incipit. Cum ex ſacrorū ordinum &c. pari modo obſeruari.

De Moneta.

ITEM; declarauit idem dominus noſter; quod libra Turoneñ, paruorū; & Florenus auri de Cāera; pro ęquali valore; in concernentibus literas & Cameram Apoſtolicam computari; & ęſtimari debeant.

De beneficiis vacaturis per promotionem ad Eccleſias, vel Monaſteria.

ITEM, præfatus dominus noſter Papa, voluit, decreuit, & ordinauit, quod quęcũq; cõceſſiones, gratię, et mãdata, etiam Motu proprio, et cũ derogatione huius Conſtitutionis, quæ ab eo, pro qbuſuis pſonis emanauerint, de prouidendo eis de quibuſuis beneficiis vacaturis, per promotionem quorumcũque, ad Eccleſiarum, et Monaſteriorum regimina, ſi huiuſmodi cõceſſione, & mandata diem promotionis promouendorum ipſorum præceſſerint, necnõ quæcunq; collationes, prouiſiones, ac diſpoſitiones pro tẽpore faciẽde, de præmiſſis, ac quibuſuis aliis beneficiis eccleſiaſticis, ſecularibus, & regularibus, quæ p promouendos, uel aſſumẽdos, ad quaſcunq; prælaturas, inter illarũ vacationis, & huiuſmodi promotionis, vel aſſumptionis tẽpora, ſimpliciter, vel ex cauſa permutationis, vbicunq; reſignari, vel alias dimitti cõtigerit, cum inde ſecutis pro tempore, ſint cauſę, & irritę, nulliuſq; roboris, vel mouenti.

Non iudicetur, iuxta formam ſupplicationum, ſed literarum expeditarum.

ITEM, cum ante cõfectionem literarum, gratia apoſtolica ſit informis, voluit, ſtatuit, & ordinauit idem dominus noſter, quod iudices in R.o.Cu. & extra eã pro tempore exiſtentes, etiam ſi ſint S.R.E. Cardinales, cauſarũ Palatii Apoſtolici auditores, vel quicunq; alii, nõ iuxta ſupplicationum ſignatarum, ſuper quibuſuis impetrationibus niſi in dicta Curia duntaxat, ſint Commiſſiones iuſtitiam concernentes, per Placet, vel per S.R.E. Vicecãcellarium, iuxta facultatem, ſuper hoc ſibi cõceſſam, ſignatæ, ſed iuxta literarum ſuper eiſdem impetrationibus & conceſſionibus confectarum, tenores & formas, iudicare debeant, decernens irritum, &c. & ſi literæ ipſæ, per pręocu-

pationem,vel alias,minus bene expeditæ reperiantur,ad illorum quorum intereſt inſtantiam,ad Apoſt. Cancellariam remitti poterunt per eius officiales, quibus huiuſmodi tenores & formas reſtringere conuenit, ad formas debitas reducendæ.

De regulis Cancellariæ producendis.

ITEM, attendens idem dominus noſter Papa, quod ſuper habendis de Cancellaria Apoſtolica regulis & cōſtitutionibus,inibi deſcriptis, faciliter per eos, qui in Ro. Curia indiguerint,ad ipſam cancellariam recurſus dirigi poteſt, nec conſultū foret,quod ſuper earundem regularum & conſtitutionum,quas,iuxta varietatē occurrentium cauſarum et negociorum,aliquoties immutari conuenit,probando,tenore vel effectu teſtium plerūq; tenacem deſuper memoriam nō habentium depoſitionibus ſtari deberet,voluit,ſtatuit,et ordinauit, quod deinceps, quilibet ex Auditoribus cauſarum Palatii apoſtolici, et alii,etiam ſi S.R E.ſint Cardinales,in ipſa Curia pro tempore deputatis,authoritate apoſtolica iudicibus, etiā in cauſis actu pendentibus,ſuper huiuſmodi tenore, vel effectu probādo, duntaxat ſtet fidemq; adhibeat cedulæ ſeu ſcripturæ deſuper a duobus de maiori parco, quod danda ſit,a tergo ſignatæ,et etiam duobus aliis literarū Apoſtolicarū Abbreuiatoribus,in ipſa Cācellaria auſcultatę et domini Vicecācellarii,ſeu dictam Cācellariam Regentis,manu ſubſcriptę,vt moris eſt.Quicquid autē ſecus fieri contigerit,nullius ſit roboris vel momenti.

De ſurrogandis collitigantibus.

ITEM, dominus noſter,litium ſuccidere cupiens anfractus,et ne noui,collitigātibus,aduerſarii detur,proui

dere; voluit; & ordinauit; quod quoties deinceps; aliquem; ſuper quouis eccleſiaſtico beneficio collitigante in iure vel ad ius; ſi quod forſan eius aduerſario; in dicto beneficio competierit: ſurrogari conceſſerit; dummodo præfatus collitigans; in dicto beneficio intruſus nō fuerit; nec ſuper eo; contra dictum aduerſarium; poſtquā illud per trienniū pacifice poſſederit lis tūc mota fuerit: aliorum quorūlibet; de pręmiſſo iure. ſiue tūc vacet: vel cum vacauerit: impetrationes: vel conceſſiones; etiā Motu proprio; infra menſem; ante conceſſionem huiuſmodi factæ; nullius ſint roboris; vel momēti. Et nihilominus: fe. re. Pauli. II. Innocētii VIII Hadriani VI. & Pauli III. Ro. Pontificū prędeceſſorū ſuorum; veſtigiis inhærendo; cupiens eorum fraudibus obuiare; qui viuētium beneficia; illorū præſertim: quibus aut propter ſenium; aut propter infirmitatem imminet vitę periculū; impetrant: vt illis decedētibus; tanq̄ collitigantes in illorum iuribus facilius ſurrogētur; voluit; vt deinceps; nullus in iure; vel ad ius: in beneficio defuncti; quod illo viuēte: in caſibus pręmiſſis: vel ſimilibus; impetrauit: aliquo modo ſurrogetur; ac ſurrogatio: & gratia: Si neutri; Si nulli; ſeu nouę prouiſionis: aut pinde valere; taliter impetranti: nullatenus ſuffragetur: quod etiā, ſtrictiſſimæ obſeruari mandauit in impetrationibus beneficiorum per priuationē; & amotionem: ex quibuſuis criminibus & exceſſibus forſan ppetratis: etiā ſi vſq; ad infinitiuam ſententiam; quę tamen in rē non tranſierit iudicatam; proceſſum foret.

Non valet impetratio per obitum niſi præceſſerit congruum tempus.

ITEM, voluit; & ordinauit; q̄ omnes gratię, quas de quibuſuis beneficiis eccleſiaſticis cū cura, vel ſine cura ſecularibus, & regularibus; per obitum quarūcūq; perſona

rum

rum vacantibus in antea fecerit, nullius roboris, vel momenti ſint, niſi poſt obitum, & ante datam gratiarum huiuſmodi, tantum tempus affluxerit, ꝙ interim vacationes ipſæ, de locis, in quibus perſonæ prędictę deceſſerint ad notitiam eiuſdem domini noſtri veriſimiliter potuerint perueniſſe.

Non valent cōmiſſiones, nec proceſſus cauſarum ſuper gratia, niſi literis expeditis.

ITEM, quòd omnes & ſingulę cauſarum Commiſſiones, quas inantea fieri contigerit, obtentæ, vel occaſione conceſſionum duntaxat Apoſtolicarum de beneficiis eccle. gratiarum, ſuper quibus Apoſto. literæ confectę non fuerint, ac proceſſus deſuper habendi, nullus ſint roboris, vel momenti.

De impetratione beneficiorum vacātium, per obitum familiarium Cardinalium.

Item, voluit, ꝙ impetrans beneficium vacans per obitū familiaris alicuius Cardinalis, teneatur exprimere nomē & titulum ipſius Cardinalis, & ſi ille, in curia fuerit; eius ad id, accedat aſſenſus, alias deſuper gratia ſit nulla, Et idem ſeruari voluit, etiam ſi dicti familiares eorundem Cardinalium familiares eſſe deſierint, ſeu ad aliorū Cardinalium familiaritatem ſimilem tranſierint, quo ad beneficia, quæ familiaritate priori durante obtinuerint, & in quibus, priori, ipſa familiaritate durante, ius eis cōpetierit, ita ꝙ, quo ad illa Cardinales, quorꝫ prius familiares fuerint, ſuū hēant adhibere cōſensū. Ac fe. re. Sixti 4. Innocēti. viii. Hadriani vi. & Pauli iii. Ro. Pontificū pdeceſſorꝫ ſuorꝫ inhærendo veſtigiis; declarauit pñtem Conſtitutionem locum non habere in illis beneficiis, quæ nō

ſolum ratione familiaritatis cõtinuę cõmenſalitatis huiuſmodi:ſed etiam ratione officiorum,quę familiares ipſi, tempore obitus eorum,in dicta curia,vel extra eam obtinerent,aut antea obtinuiſſent, dictæ diſpoſitioni gñaliter reſeruata,vel affecta fuiſſe apparerent: necnon illos, quo ad effectum dictæ Conſtitutionis familiares eorũdẽ Cardinalium Cenſeri qui ipſorum Cardinaliũ familiares continui cõmenſales adminus,per quatuor menſes fuiſſe probarentur: Decernens irritum,&c.

ITEM, idem dominus noſter,ad euitandum lites, & cõtentiones,quæ ex prędecedenti ſua Conſtitutione exoriri poſſent:veſtigiis prædeceſſorum ſuorum inhęrẽdo:voluit ſtatuit & ordinauit,quòd ſi bñficia, quę per obitũ familiariũ, Continuorum commenſalium eorundem Cardinalium,in futurum vacabũt ceſſantibus apoſtolicis reſeruationibus,ad alterius Cardinalis collationẽ,vel aliã diſpoſitionem pertinere deberẽt:in dicta pręcedenti cõſtitutione non compręhẽdantur,quo ad hoc, vt in prouiſionibus talium beneficiorũ, ſuper expeditionibus litterarũ illius Cardinalis,cuius familiaris defunctus ille extitit,conſenſus requiri debeat,ſed beneficia hmõi, ad collationem,& quamuis aliam diſpoſitionem Cardinalis ordinarii collatoris,vt prędfertur, libere ſpectare cenſeantur:& ſi apud ſedem apoſtolicam,beneficia hmõi,per obitum dictorum familiarium vacauerint: tunc in prouiſione huiuſmodi talium beneficiorum ſuper expeditione literarum illius Cardinalis exigatur cõſenſus,ſi in Ro.curia pręſens fuerit:ad quem eorundem collatio,vel diſpoſitio,vt pręfertur,pertinere deberet.

Signatura per Fiat,præfertur illi per conceſſum.

ITEM, voluit idem dominus noſter, ꝙ concurrenti

bus eadem die ſuper quocunq; beneficio,per Fiat,& Conceſſum ſignaturis. Ex eis per Fiat,etiam vt petitur,habẽs: alteri per cõceſſum,ẽt Motu proprio habẽti prẽferatur.

De impetrando beneficium , etiam per annum pacifice poſſeſſum.

ITEM, Sãctiſſimus dominus noſter,vt improbi lites exquirẽtium motus reprimãtur;voluit,ſtatuit,& ordinauit,ꝙ quicunq;,beneficium eccleſiaſticum,tũc per annum immediate prẽcedẽtem pacifice poſſeſſum,& quod certo modo vacare prẽtẽditur,deinceps impetrauerit:nomen, gradum,& nobilitatem poſſeſſoris eiuſdem , & quotãnis illud ipſe poſſedit,ac ſpecificam,& determinatam:ex qua clare poterit conſtare,ꝙ nullum ipſi poſſeſſori , in dicto beneficio ius competat : cauſam in huiuſmodi impetratione exprimere,& infra ſex mẽſes,ipſum poſſeſſorem ad iudicium euocari facere,cauſamq; ex tunc deſuper,infra annum:vſq; ad ſententiam diffinitiuã incluſiuẽ,proſequi debeat,& teneatur alioquin,impetratio prẽdicta,& quæcunq; indeſecuta,nullius exiſtãt firmitatis:& idem impetrans,de damnis & intereſſe poſſeſſorem prẽdictum propterea cõtingentibus ei ſatisfacere, & ſi poſſeſſorem ipm in iuſte,friuole & indebite moleſtaſſe repertus extiterit ; Quinquaginta Florẽos auri perſoluere Camerẽ Apoſt. ſit aſtrictus, nec alius , quam prẽmiſſẽ vacationis modus etiã per literas ſi neutri,aut ſurrogationis, vel alias ſibi , quo ad hoc,vt beneficiũ hmõi ea vice conſequi,aut obtinere valeat,quomodolibet ſuffragetur:illudq; , nullatenus inantea litigioſum propterea cenſeatur,quod etiam extẽdi voluit ad impetrãtes Beneficia eccleſiaſtica,cuiuſcũq; qualitatis per priuationem & amotionem , vel alias propter commiſſa exceſſus & crimina vacantia, vel vacatura. Et ſimiliter ad impetrantes beneficia tanquam vacantia per deuolutionem.

De triennali poſſeſſore non moleſtando.

ITEM, ſtatuit & ordinauit idem dominus noſter, ꝙ ſiquis, quæcunq; eccleſiaſtica beneficia qualiacũque ſint, abſq; ſimoniaco ingreſſu, ex quouis titulo apoſt. vel ordinaria collatione, aut electione, & electionis hmôi confirmatione, ſeu pręſentatione, & inſtitutione illoꝝ, ad quos beneficiorum huiuſmodi collatio, prouiſio, electio, & pſentatio, ſeu quæuis alia diſpoſitio pertinet, per trienniũ pacifice poſſederit, dummodo in beneficiis huiuſmodi, ſi diſpoſitioni Apoſtolicæ, ex reſeruatione generali in corpore iuris clauſula reſeruata fuerunt, ſe non intruſerit. ſuper eiſdẽ beneficiis taliter poſſeſſis, moleſtari nequeat, necnõ impetrationes quaslibet de beneficiis ipſis ſic poſſeſſis factas, irritas, & inanes, cenſeri debere decreuit, antiquas lites ſuper illis motas penitus extinguendo.

De publicatione facienda in beneficiis reſignatis.

ITEM, idem dominus noſter, ſtatuit, & ordinauit, ꝙ quęcunq; beneficia eccleſiaſtica ſiue in Romana Curia, ſiue extra eam reſignata, niſi de illis factæ reſignationes, ſi in eadem curia infra ſex menſes, ſi adcedate ſupplicationis eo non a die pręſtitit cõſenſus computãdos, & ſi vero extra dictã Curiam factæ ſint, infra menſem, ex tunc, vbi dicta beneficia conſiſtunt publicatę fuerint vel poſſeſſio illorũ, ab eis quos id cõtingit, petita extiterit, ſi reſignantes, iſta poſtmodum in eorũdem reſignatorum beneficiorum poſſeſſione deceſſerint, nõ per reſignationẽ], ſed per obitum huiuſmodi vacare cẽſeantur. Collationes quoq;, & quęuis alię diſpoſitiones, de illis, tanquam per reſignationem vacantibus factæ, & inde ſecuta, nullius ſint roboris, vel momenti.

De non appellatio ante diffinitiuam ſententiam.

ITEM, idem dominus noſter (vt litibus finis celerius imponatur,& litigãtium parcatur ſumptibus & expẽſis) ſuorum prędeceſſorũ Cõſtitutionibus,& ſtatutis inhærendo,ſtatuit,& ordinauit,ꝙ in cauſis,in Romana Curia pendentibus,& quas imposterũ,quouis modo contigerit agitari; nulli ante diffinitiuam ſentẽtiam liceat appellare,nec appellatio ſi fuerit emiſſa,debeat admitti, niſi ab interlocutoria,quæ vim habeat diffinitiuæ, vel a grauamine minime concernẽte negotium principale quod nõ poſſit per appellationem a diffinitiua ſentẽtia reparari, nulliuſq; cauſę appellationum huiuſmodi committãtur, niſi in cõmiſſione exprimatur,ꝙ inter locutoria vim diffinitiuæ habeat,vel grauamen ſit tale,ꝙ in appellatione a diffinitiua,nõ valeat reparari,alioquin, appellationes, & commiſſiones imposterum,ac quicquid indeſecutũ fuerit,nullius ſint roboris,vel momenti: Cõmiſſionibus appellationum,iam iudicibus præſentatis, & exhibitis, in ſuo robore permanſuris,in quibus latis ſuper eiſdẽ ſentẽtiis ſecundo,vel vlterius ab eis,non liceat appellare. Appellãtes vero,& appellationes,etiam ab inter locutoriis & grauaminibus huiusmodi,ſuo vel alterius nomine proſequentes,ſi ſuccubuerint,vltra expenſas, & damna, ad quæ reſarcienda de iure condemnatus compellitur: Viginti florenorum auri pœna mulctentur.

Commiſſioni,poſt conclusionem, non ſtetur,niſi derogetur concluſioni.

ITEM, ſtatuit,& ordinauit,ꝙ in Commiſſionibus,de iuſtitia ſeu mãdatis,etiam Conſiſtorialibus per eum, ſeu de eius mãdato,vel auctoritate in cauſis, in quibus concluſum exitat,imposterum cõcedendis, etiam ſi in eis de concluſione huiuſmodi, implicite vel explicite, mentio

facta fuerit,nihil cenſeatur eſſe conceſſum,niſi per cōceſ‑ſionem commiſſionis huiuſmodi concluſioni derogetur expreſſe.

De literis expediendis.

ITEM; voluit,& ordinauit,quod ſi aliqui Religioſi p aliquod beneficium ad nutum reuocabile,cum clauſula. Quod exinde pro ſolo nutu Abbatis vel ſuperioribus amoueri non poſſint:literę quo ad ipſam clauſulam,nullatenus expediantur,niſi idem D.N. ponat in ſignatura, quod non poſſint amoueri,vel ad partem clauſulam ipſam concedat.

De clauſulis ponendis in reſignatione beneficii.

ITEM, ſi committatur alicui, beneficii reſignationis receptio:ponatur clauſula.Attēte quoq; prouideas,&c. & ſi ex cauſa permutationis,reſignationes fiant:ponatur clauſula.Quid neuter permutantiū ius acquirat,niſi quilibet ipſorū ius habuerit in bñficio per ipſum reſignatio.

De ſupplendis defectibus.

VOLVIT, quod ſi petantur ſuppleri defectus in genere:nullatenus literę deſuper cōcedātur,niſi in petitione deſuper huiuſmodi defectus exprimātur, vel per Fiat vt petitur,Supplicatio ſignata fuerit.

Derogatio iuris patronatus.

ITEM, voluit,quod ſuper quouis beneficio eccleſiaſtico de iure patronatus laicorum nō expediātur literæ, niſi ponatur expreſſe,quod tale beneficiū, tanto tempore vacauit,quod eius collatio, ad ſedem Apoſtolicā legi

time eſt deuoluta:vel quia tempus,patronis laicis,ad prę ſentādum,a iure pręfixū lapſum exiſtat: aut ad id patronorum ipſorum accedat aſſenſus.Et ſi per ipſum,iuri patronatus huiuſmodi derogari contigerit;ſi ius huiſmodi ad aliquem Regem,Ducem,Marchionem,vel alium Principē pertineat,& de hoc in literis prouiſionis,vel mādati de prouidendo de dicto beneficio, mentio facta nō fuerit;nō cenſeatur iuri huiuſmodi qūolibet fore derogatū.

De Commendis.

ITEM; voluit,quod nulli ſeculari,de regulari;nec religioſo,de ſeculari beneficiis,Commenda detur,niſi in ſignatura,vel per clauſulā ad partem,ſuper petitione Cōmendæ huiuſmodi,de commenda ipſa mentio fiat.

De Reformationibus.

ITEM, voluit,ſtatuit,& ordinauit ; quod ſuper quibuſcūq; reformationibus ſignatis ſuper impetrationibus quorumcunq; beneficiorum vacantium,vel certo modo vacaturorū,in quibus petitur,quod literæ, ſuper prima Data expediri poſſint;ſi ex huiuſmodi expeditione , ſub tali data,cuicūq; videtur poſſę fieri pręiudicium literæ ; huiuſmodi,ſub ipſa prima data,nullatenus expediantur, niſi reformationes huiuſmodi,per Fiat,& sub prima data ſignatæ fuerint.

De beneficiis reſignatis in Cancellaria,& de reſignātibus beneficia,ac cō ſenſu in pēſionem.

ITEM, voluit,& ordinauit,quod ſuper reſignatione cuiuſcūq; beneficii ęcclesiaſtici , ſeu ceſſione iuris in eo ,

quam in manibus ſuis, vel in Cācellaria Apoſtolica fieri cōtigerit; Apoſtolicæ literæ nullatenus expediantur, niſi reſignans, vel cedēs, ſi præſens in Romana curia fuerit perſonaliter, alioquin per procuratorem ſuū, ad hoc ab eo ſpecialiter conſtitutum, expeditioni huiuſmodi in eadem Cancellaria expreſſe conſenſerit, & iurauerit, vt moris eſt. Et ſi ipſum reſignantem, vel cedentem, pluries, ſuper vno & eodem beneficio, in fauorem diuerſarum perſonarum ſucceſſiue conſentire contigerit; voluit Sanctitas ſua, quod primus conſenſus tenere debeat, & alii poſteriores conſenſus ac literæ, illorum pretextu, etiam ſub priori data expeditæ pro tēpore, nullius ſint roboris, vl momenti, nec literę reſeruationis, vel aſſignationis, etiā Motu proprio, cuiuſuis penſionis annuę, ſuper alicuius beneficii fructibus, expediri poſſint, niſi de cōſenſu illius, qui penſionem prædictam perſoluere tunc habebit.

De ingreſſu religionis.

ITEM, non dentur literæ ſuper beneficiis vacaturis per ingreſſum religionis, niſi illę pręceſſerit datam deſuper petitionis.

Quod non valeat impetratio facta per modum in Cancellaria exprimendum.

ITEM, voluit, quod ſi petatur aliquod beneficium vacans, per modum in Cancellaria Apoſtolica exprimēdum; talis impetratio non valeat, nec literæ deſuper expediantur.

Cum exprimitur nomen proprium Iudicis, & dignitatis; Iudex per ſeipſum tenetur exequi mandatum.

ITEM, voluit, ſtatuit, & ordinauit, ꝙ quotienſcunq; per ſignaturam ſuam, vel de eius mãdato factã, ſuper exequẽdis aliquibus, cum adiectione proprii nominis, vel dignitatis, cuiuſuis Iudex detur; literę deſuper expediãtur, cum expreſſione, quod idem Iudex executionem faciat per ſeipſum.

De diſpenſationibus in gradibus conſanguinitatis.

VOLVIT, quod in literis diſpenſationum, ſuper aliquo gradu cõſanguinitatis, vel affinitatis, aut alias prohibito, ponatur clauſula. Si mulier rapta non fuerit, & ſi ſcienter, ponatur clauſula addita in Quinterno.

Super defectu natalium.

VOLVIT, quod in diſpenſationibus ſuper defectu natalium, quod poſsint ſuccedere in bonis tẽporalibus, ponatur clauſula. Quod non præiudicetur illis, ad quos ſucceſsio bonorum ab inteſtato pertinere debeat.

Super defectu ætatis.

ITEM, ꝙ per quamcunq; Signaturam, in quauis gratia, nullatenus diſpẽſatio veniat niſi dicta gratia totaliter effectũ hmõi diſpẽſationis concernat, vel alias nihil cõferat, aut operetur, & ſi ſuper defectu ætatis ſit diſpenſatio hmõi, de duobus dũtaxat annis dari valeat, habita prius per teſtes idoneos vel alias, informatione, ꝙ ad idoneitatem perſonæ, cui dicta diſpenſatio conceditur.

Super defectu natalium, ex nobilibus, & graduatis.

ITEM, voluit, ꝙ ſuper defectu natalium, dentur graduatis, ſeu de magnis nobilibus genitis, per ſimplicem

Signaturam·Quatuor etiam ſi canonicatus,& prębendæ Cathedralium,ſeu collegiatarum eccleſiarum,& per Fiat vt petitur.Quatuor ſi petatur,dummodo Canonicatus, & prębendis Cathedralium eccleſiarum,vel dignitates non exiſtant.

De incompatibilibus.

VOLVIT, ꝙ ſuper obtinendis incōpatibilibus beneficiis,in Theologia Magiſtris,& in iure canonico vľ ciuili,Doctoribus,& in aliis cū rigore examinis, ac in eadē Theologia licētiatis,aut Baccalariis formatis,ac magnis nobilibus,ꝑ Fiat,Quinquenniū;& addito vt petitur, quo ad vixerint,ad duo incompatibilia. Aliis vero, per Fiat Biennium,& addito vt petitur,trienniū ad duo,dummodo non ſint duæ dignitates maiores poſt Pōtificales ſeu principales , aut duæ parochiales eccleſiæ, vel tales mixtim,cum poteſtate permutandi,ſi petatur.

De obtinendis duabus parochialibus eccleſiis, vel dignitatibus principalibus.

ITEM, voluit & ordinauit,ꝙ per quancunqꝫ Signaturā deinceps faciendam; nulli,cuiuſuis dignitatis,ſtatus gradus,& cōditionis fuerit;detur diſpenſatio, ꝙ duas parochiales eccleſias,vel dignitates maiores,poſt Pontificales,in Cathedralibus,ſeu principales,in Collegiatis eccľ. vel vnam,cum reliqua earum,inſimul retinere valeat,niſi ipſę Eccleſiæ parochiales,adeo contiguę,& inuicem propinquę ſint,ꝙ ipſis,per vnum,cōmode deſeruiri poſſit,illarumqꝫ fructus,&c·inſimul vltra xxiiii.Floreñ.auri de camera,ſecundum communem æſtimationem,non valeant annuatim,& de hoc in literis diſpēſationis huiuſmodi,expreſſa mentio fiat,vel niſi ſuper obtinendis duabus ex huiuſmodi dignitatibus vel parochialibus eccleſiis inſimul,

pro magnis nobilibus,magiſtris ,vel Baccalariis in Theologia formatis,vel doctoribus ſeu licentiatis in altero iurium,per verba diſpenſamus,& de ſpeciali ſufficiēs Signatura habeatur,& ſuper illis parochialibus eccleſiis,huiuſmodi Signatura,de parochialibus mētio fiat, & ſimiliter in diſpenſationum ad incompatibilia prorogationibus obſeruetur.

Nulli ſuffragetur diſpenſatio,niſi literis confec.

ITEM, cum conceſſiones;ſuper gratiis diſpenſationum quarū cunq;,quibuſuis,per ipſum dominum noſtrū conceſſarū vel cōcedendarum,per Regulas Cancel.Apoſtol.ſint prouide limitatę;licet aliquādo in petitionibus ſuper huiuſmodi cōceſſionibus oblatis,multa ſint petita ne quis talium conceſſionum prętextu,id diſpēſatiue tenere,aut facere prȩſumat ad quod,cōceſſiones huiuſmodi ſe non extendant;voluit dem dominus noſter,ꝙ nulla talis diſpenſatio,cuiquā ſuffragetur , antequam ſuper ea literæ Apoſt.ſint confectæ.

De non promouendis ad ſacros ordines.

ITEM voluit,ꝙ ſecum petentibus diſpenſari; vt rōne beneficiorum, non teneantur ſe facere promoueri in Ro.Cu.vel in ſtudio,per Fiat;Septēniū,alias vero Quinquēnium detur,dummodo infra annnm,a tempore datæ diſpēſationis hmōi,ad Subdiaconatus ordinem ſint promoti.

De fructibus in abſentia percipiendis.

ITEM, de fructibus in abſentia percipiēdis, detur in Romana Curia,vel in ſtudio reſidendo,per quācunq; Signaturam,Septennium,& alibi,Quinquennium.

De duobus Decanatibus in Alemania non obtinendis.

ITEM, idem Dominus noſter, attendens ꝙ in Alemaniæ partibus Cathedralium,& Collegiatarum eccleſiarum Decanatibus, animarū cura, & onus incūbit Capitulo præſidenti defectus,& negligētias diuinoꝝ, ac alios exceſſus corrigēdi,& ſingula in eccleſiis ipſis vt debito ordine dirigātur, diſponēdi,& ordinādi. Quodq; nō abſq; graui diſpendio eccleſiaſticæ diſciplinę, ac ſtatus eccleſiarum ipſarum; vnus tales plures Decanatus obtinere poſſit, fe. re. Pii II. Iulii et II.& aliorum prędeceſſorum ſuorum veſtigiis inhærēdo; voluit, ſtatuit,& ordinauit pręfatus Dominus noſter, ꝙ nulla, per eum, vel ſedem Apoſtolicā, cuiquam in dictis partibus conceſſa, vel per eum cōcedenda, de quibuſuis dignitatibus,& aliis incompatibilibus beneficiis inſimul obtinendis, diſpenſatio ſibi ſuper duobus talibus Decanatibus inſimul recipiendis, & retinēdis quomodolibet ſuffragetur. Quinimmo, ꝙ quilibet hmōi, duos tales Decanatus inſimul diſpenſatiue in eiſdē partibus obtinens, teneatur infra annum ex illis, pro alio compatibili,& quod talis Decanatus non ſit, aut ꝙ diſpenſatione obtinere poſſit, incompatibili beneficio ꝑmutare; Alioquin, huiuſmodi anno elapſo, ille ex huiuſmodi Decanatibus, quem primo aſſecutus fuerit, vacare cenſeatur eo ipſo.

De indulgentiis.

ITEM, voluit, ꝙ in literis indulgentiarum, ſolū dentur Feſta per Cancellariā dari ſolita,& ꝙ durent ꝑ xx. annos, niſi petantur pro vna die, & tunc durēt perpetuo.

De clauſulis ponendis in literis indulgentiarum.

ITEM, voluit, ꝙ in literis indulgentiarum, ꝙ ſi Eccleſiæ ſuæ Capellæ, vel alias, aliqua indulgentia fuerit per ipſum conceſſa, de qua inibi ſpecialis mentio facta non ſit; huiuſmodi literę ſint nullæ.

Super indulgentiis conceſſis ad inſtar:

ITEM, voluit idem Dominus noſter, ꝙ literę ſuper indulgentiis non expediantur ad inſtar, niſi ſpecificetur.

De temporibus indulgentiarum.

ITEM, voluit, ꝙ per Fiat, ſi Eccleſia Cathedralis, vel inſignis Collegiata, aut ſolemne Monaſteriũ fuerit, Tres; alioquin, Duo ãni, & totidem Quadragenæ; & per Fiat vt Petitur, Cathedrali, Collegiatæ; vel Monaſterio quatuor, alias tres anni dentur. Pro ſingulis vero diebus Octauarum, Cantum dies apponantur, & pro Capella per Fiat, vnus, et per Fiat vt petitur, Duo anni concedantur.

De beneficiis vacantibus, et certo modo vacaturis.

ITEM, voluit et ordinauit, ꝙ in gratiis bñficialibus, de vacãtibus, aut certo modo vacaturis factis qbuslibet, ſi plura petãtur beneficia, vnum, cuiuſcũq; annui valoris per ſimplicem ſignaturam, et addito vt petitur, Duo, aut Tria, et nõ vltra, beneficia petita veniãt, dũmodo etiam illorum fructus, etc. Centum libras Turoneñ .paruorũ, ſecundum communem æſtimationẽ, ſiue tantundẽ in alia moneta, non valeant annuatim.

De valore beneficiorum exprimendo in impetrationibus.

ITEM, voluit, ꝙ in gratiis, quas quibuſuis perſonis,

de bñficiis vacãtibus,ſeu certo modo vacaturis,fieri cõti gerit ;illorumq; & aliorum quorumcunq; beneficiorum quæ dictæ perſonę tũc obtinuerint, ſeu de quibus eis fuerit prouiſum,vel cõceſſum,aut mandatum prouideri:verus annus,per Marchas argẽti,aut Sterlingorũ,vel libras Turoneñ.paruorum,ſeu Florenos auri,aut Ducatos,vel vncias auri,ſeu aliam monetam,valor,ſecũdum communem ęſtimationem,exprimatur,niſi pſonę prędictæ,beneficia,quæ tunc obtinuerint,aut in quibus, vel ad quę ius eis competit,iuxta ipſarum oblationes,vel aliás, dimittere teneãtur,alioquin,gratię pręfatę ſint nullę.Et idẽ ſeruetur in grauis,a Sanct.ſua,Motu proprio emanare cõti gerit,quo ad beneficia,de quibus per Sanct.ſuam pro tẽpore prouidetur ſeu prouidere mãdatur,aut alias diſponitur,ac literis per quas etiam pro tempore ad Eccleſiaꝝ Patriarchalium,Metropolitanarum,& Cathedralium,ac Monaſteriorum regimina pro motis conceditur, ꝙ Monaſteria,& alia beneficia eccleſiaſtica,ſecularia,& regularia,per eos obtenta,& in quibus, & ad quę ius eis competit,retinere poſſint.

De clauſulis in beneficiis vacantibus ponendis.

VOLVIT, & ordinauit,& quando prouidet,ſeu mãdat prouideri alicui de beneficio eccleſiaſtico vacãte,tũc dari poterunt clauſulę ſi petantur,etiam ſi illud,quouis modo &c.ſeu per Cõſtitutionem Execrabilis vacet ac ſpecialiter reſeruatũ,inter aliquos litigioſum ſit,& eius deuoluta collatio fuerit,& ſi pro collitigãte:vl'ſurrogatione,aut ſi neutri,vel ſi nulli,&c petente,ſi tunc lis ſpecifice exprimatur:nec detur aliqua generalis reſeruatio diſpoſitiue,niſi deſup in cõceſſione ſpecialis,& expreſſa, ac pure & non ſub cõditione,mentio fiat,& tunc reliquę reſeruaio es vbi contentę veniant. Si vero tempore expedi-

tionis inde literarũ,generalis reſeruatio huiuſmodi pro bari non poſſit,aut in nouis prouiſionibus,ſeu pro colli tigãtibus,ſi neutri,vel ſi nulli, &c. ſit expreſſum,quod ab aliquibus aſſeritur,illum,cuius beneficiũ cõceditur.Col lectorem,Subcollectorum,Abbreuiatorem, vel Familia rem,&c.fuiſſe,clauſula ponatur:etiam ſi dictum beneficiũ ex eo,ꝙ talis Collector, vel Subcollector, Abbreuiator, ſeu Familiaris,&c. fuit diſpoſitioni Apoſtolicæ gñaliter reſeruatum exiſtat,dum modo non ſit in eo alicui ſpecia liter ius quæſitum. In reliqs vero,nulla clauſa detur,vn de Reſeruatio generalis elici poſſit,niſi de ſuper ſignatu ra per duplex fiat ſignata ſit,aut reformatio,vel alias,ſpe cialiter habeatur.

Qualitates beneficiorum exprimantur in impetratione.

ITEM, voluit,ꝙ ſuper beneficiis eccleſiaſticis,de qua litatibus illorum,videlicet,an dignitates,perſonatus,vel officia ſint,eiſque cura immineat animarum,& ad illa cõ ſueuerint qui per electionem aſſumi,mẽtio fiat alias, gra tię deſuper factæ ſint nullę. Et ſi qualitates huiuſmodi,af firmatiue,vel conditionaliter non exprimãtur: negatiua expreſſio de ſuper fiat in beneficiis, quę tales qualitates, vel ex eis aliquas conſueuerunt habere.

De beneficiis vacantibus per contractum matrimonii.

ITEM, ſi reſeruetur beneficium per contractum ma trimonii,nõ dentur alii modi vacationum de futuro,nec cenſeatur beneficium reſeruatum ſpecialiter, vel affectũ, niſi ſequatur matrimonium,ſed in beneficiis per promo tionem,vel aſſecutionem,aut ingreſſum religionis vacatu

ris, ponatur clauſula: ēt ſi non petatur cum beneficia huiuſmodi, prǫmiſſo, vel alio quouis modo, &c. prǫterquā per obitum obtinentis, vacare contigerit, etiam ſi vacet.

De religioſis recipiendis, quæ clauſulǫ debuntur.

ITEM, voluit, ꝙ ſi petatur aliquem in Religioſum recipi, & ſibi de quouis beneficio eccleſiaſtico prouideri ꝑ ſimplicem Signaturā Fiat, receptio huiuſmodi, dūtaxat detur, adiectio, ſi petens idoneus ſit, & aliud Canonicum nō obſiſtat: & exprimatur, ſi certus numerus regularium ſit ibidem, cui etiam non derogeturum, niſi expreſſe concedatur. Et ſi numerus ipſe non exiſtat. ponatur, dummodo receptionis locus huiuſmodi nimium propterea non grauetur.

De translatione Religioſorum, & impetratione beneficiorum.

ITEM, ſi Regularis petat ſibi de beneficio, ab aliquo Monaſterio, vel alio regulari loco dependente, prouideri, & appareat ex petitione huiuſmodi, ꝙ alterius Monaſterii, vel loci religioſis ſit, licet inibi trāslatio non petatur, Nihilominus illa veniat.

De clauſulis, Si eſt ita.

ITEM, ꝙ in literis ſuper beneficiis, per Conſtitutionem Execrabilis vacantibus: ponatur clauſula: Si eſt ita. Similiter, de quibuſcunque narratis informationem facti requirentibus.

Petenti prouideri de vacaturo: dentur literæ de vacaturo,

Item

ITEM, Petēti ſibi prouideri de vacaturo, dentur liæ de vacaturo, & econuerſo prout expedierit impetrāti.

Executoriales dentur ſub Bulla,

VOLVIT, & ordinauit, quod mandata Apoſtolica, ſuper ſentētiis in Romana Curia latis, executioni demandandis, ſub Bulla expediantur, alias ſint nulla.

Reuocatio Decimarum, Impoſitionum, & Suſpenſio Indulgentiarum.

ITEM, reuocauit quaſcūq; Decimarū ſubſidiorū vigeſimæ, & aliorum onerū, impoſitiones, quæ a præfato Paulo predeceſſore ſuo, ex quauis cauſa, etiam in ſubſidium expeditionis contra Turcos, & alios Orthodoxe fidei hoſtes, emanarūt, & quaſcunq; facultates, ſuper Decimarum vigeſimæ, & onerum huiuſmodi exactione, quibuſuis fructuum, & prouētuum Cameræ Apoſtolicę debitorū, Collectoribus, & Apoſtolicæ ſedis Nūciis, ab eodē prædeceſſore conceſſas. Suſpendit quoq; ad ſuæ Sāct. & ſedis Apoſtolicæ beneplacitum, quaſcunq; plenarias indulgentias ab eodem prædeceſſore, ex quauis cauſa, etiam expeditionis huiuſmodi conceſſas, quæ per Nuncios, vel Quæſtores deferebantur, necnon deputandi, & eligendi Confeſſores, qui plenariē abſoluant, & alia faciant, ad earundē indulgentiarum ſuſpenſarum effectum. Reliquaſue facultates, ipſas indulgentias quomodolibet concernentes, præterquam, quo ad ea, in quibus indulgentiæ, & facultates ipſæ, in aliqua ſui parte ſunt ſortitæ effectum, ita vt illis, qui implentes iniuncta eis, indulgentiarum huiuſmodi iam conſecuti ſunt facultatem eligendi Confeſſorem, qui abſoluat eos plenarie in mortis articulo, per huiuſmodi ſuſpenſionem non præiudicētur, quin fa-

cultate ipſa, vt poſſint in futurum. Decreuit quoq; irritũ, & innane, quicquid facultatem reuocatarum, earundem prętextu, impoſterum contigerit attentari.

Reuocatio percipiendi pręcium officiorum &c.

ITEM, reuocauit, caſſauit, & anullauit, ac irritas declarauit, quaſcunq; facultates percipiendi precium officiorum Ro. Cu. pro tempore vacantium, in toto, vel in parte, ac quaſuis collationes, & conceſſiones, aliaſq; diſpoſitiones, per fe. re. Papam Paulum. III. prędeceſſorem ſuum, de dictis officiis, etiam ex die collationum, conceſſionum, & diſpoſitionum eorundem in antea vacaturis, in fauorem quaatumcunq; perſonarum, Eccleſiarum, Monaſteriorum, piorum locorum, Collegiorum, ſeu eorum menſarũ etiam perpetuo, etiam in vim Cõtractus, & ex titulo oneroſo, ac ſub alia quauis verborum forma, quam, & præmiſſorum tenores pro expreſſis haberi voluit conceſſas, & factas, quo ad officia, quæ poſt obitum ipſius prędeceſſoris vacarunt, & impoſterum quomodolibet vacabunt.

Quod vigore clauſulæ maioris valoris: fructus in tertia parte augeri poſſint.

ITEM, cum nõnulli, in impetrationibus beneficiorum eccleſiaſticorum pro tempore vacantium, & certo modo vacaturorum, aſſerẽdo illorum fructus, &c. certũ per eos expreſſum annum valorem non excedere, nonnunq̃ obtineant a Sanct. ſua, vt huiuſmodi valorem annuum augere poſſint, vt verius poſſit in confectione literarũ, ſuper huiuſmodi impetrationibus, ſumma ac valor ipe annuus exprimi, aliter deſuper non ſpecificatione de virtute huiuſmodi conceſſionis impoſterum hęſitari contingat: decla-

rauit prætextu conceſſionis huiuſmodi, valorem ipſum, vſq; tertiam partem valoris expreſſi, & in prima, quæ deſuper fiet literarum expeditio duntaxat augeri poſſe: & eas, quas literis iam expeditis, cū expreſſione valoris ſpecificati aut non integro augumento prędicto, denuo deſuper expediri contigerit, literas cum aliquo augumento valoris huiuſmodi, nullius eſſe roboris, vel momēti, etiā ſi Motu proprio, beneficiales gratię, & diſpoſitiones quęcunq;, a Sanctitate ſua emanarentur.

Clauſula abſolutionis, nō ſuffragetur Falſificatoribus, & impedimentibus Nuncios Apoſtolicas.

ITEM; ne perſonis, pro quibus lrę ſuę S. emanabunt, ob generalem abſolutionem, a cenſuris eccleſiaſticis quibus ligatę forent, ad earundem effectum indifferēter concedi, & in literis Apoſtolicis apponi ſolitam pręſtetur occaſio Cenſuras ipſas vilipendēdi in illas, ſtatuit, & ordinauit huiuſmodi abſolutionem, & Clauſulā in literis, quas in futurum, cum illa concedi continget, non ſuffragari nō parentibus rei iudicatę, incēdiariis, violatoribus eccleſiarum, Falſificatoribus, & falſificari procurantibus literas, & Supplicationes apoſtolicas, & illis vtētibus receptoribus & fautoribus eorum, ac res vetitas ad infideles deferentibus, Violatoribus Eccleſiaſticę libertatis, via facti, auſu temerario Apoſt. mandatis non obtemperantibus, & Nuncios, vel Executores Apoſtolicæ ſedis, & eius Officialium; eis commiſſa exequentes impedientibus, qui propter pręmiſſa, vel aliquod eorum, excōmunicati à iure, vel ab homine, per quatuor mēſes, ſcienter excōmunicationis ſententiam huiuſmodi ſuſtinuerint, & generaliter quibuſcūq; aliis, qui cēſuris aliquibus, etiā aliis, quam, vt pfertur, quomodolibet ligati, in illis p annū continuū inſorduerint;

Officiales, nihil exigant vltra debitum.

ITEM, Idem Dominus noſter, intendens exactionibus, quas Sanctitate ſua, non ſine diſplicentia, plerunque fieri intellexit, per Officiales Romanę Curiæ, qui conſtitutis ſibi emolumentis, pro exercitio officiorũ quę obtinent: non contenti: vltra a proſequentibus negociorũ quorundam expeditionem, in eadem exigere non veren tur, obuiare volens: diſtrictæ præcipiendo inhibuit omnibus & ſingulis, quæuis Officia: in eadem Curia obtinentibus, ne de cætero quicquam pretextu Officiorum quæ obtinent, quouis colore, etiam celerioris expeditionis, vltra emolumenta huiuſmodi exigere, ſeu adhuc effectum expeditionem eorum, quæ eis incumbunt, malitioſe differre ſub excommunicationis, & præter illam, ſuſpenſionis a præceptione emolumentorum huiuſmodi, pro prima, ad Semeſtre, & pro ſecunda, ad annum: & pro tertia vicibus, quibus ſic excederent: priuationis officiorũ per eos obtentorum, in quibus ſic exceſſerint pœnis. Ac voluit, ꝙ San. Ro. Ec. Vicecancellarius, Camerarius, & maior Pœnitentiarius: excedentes ipſos reſpectiue, prout eis ſubſunt per ſubtractionem emolumentorum eorundem ac alias (vt præmittitur) cõpellant ab huiuſmodi illicitis exactionibus abſtinere, & cõtra eos per prædictas pęnas, & alias, pro vt melius expedire viderint, procedant.

Quod Cardinales non compræhenduntur ſub Regulis poſt hanc primam expeditionem faciendis.

ITEM, Cum San. Ro. Ec. Cardinales ipſi Sanctiſſimo Domino noſtro aſſiſtant & propterea debeãt ſpecialibus prerogatiuis, & priuilegiis gaudere, idem Dominus noſter ſtatuit, ordinauit, decreuit, & declarauit, quòd i qui

buſcunq; Conſtitutionibus: & Regulis: per Sanctitatem ſuam impoſterum, poſt hanc primam editionem, & ſuarum Conſtitutionum, & regularum publicationem faciendis: non includantur ipſi Cardinales, niſi illæ eorundem Cardinalium fauorem concernant; vel ipſæ Conſtitutiones edendæ: de eorundem Cardinalium vel maioris partis eorum conſilio, editæ fuerint.

DE POTESTATE REVERENDISSIMI Domini Vicecancellarii, & Cancellariam Regentis.

Abſolutio eorum, qui in Supplicationibus, vel literis ignoranter ſcribunt.

PRimo Quod poſſit committere abſolutionem illorũ qui ignoranter in ſupplicationibus: vel in literis Apoſtolicis aliquid ſcriberent, corrigerent, vel delerent.

Quod poſſit corrigere nomina, & cognomina.

ITEM, ꝙ poſſit corrigere nomina, & cognomina pſonarum, ac beneficiorũ, dum tamen de corpore cõſtet.

Quod poſſit committere omnes cauſas.

ITEM, ꝙ poſſit oẽs cauſas beneficiales, etiã nõ depolutas, cõmittere in Curia cum poteſtate citãdi ad partes.

Quod poſſit aggrauare proceſſus, & ſententias.

ITEM, Quod proceſſus, auctoritate Apoſtolica decretos, aggrauare poſſit, cum inuocatione brachii ſecularis, & ſententias exequutioni demandari facere contra

intruſos,& intrudendos, per literas Apoſtolicas deſuper confidendas,& non alias.

De conſeruatoriis.

ITEM, ꝙ poſſit concedere,quibuſuis petentibus,Cōſeruatorias per Triennium,in forma.

De celebrando ante diem in locis interdictis.

ITEM,ꝙ poſſit,quibuslibet nobilibus perſonis petentibus,dare indultum de celebrando & celebrari faciendo ante diem in locis interdictis,& per Triennium,recōciliari faciendo Eccle,& Cimiteria polluta in forma.

Quibus concedi poſſit indultum de fructibus percipiendis.

ITEM, Prothonotariis,& lrarum Apoſto.Scriptoribus,ac de quibus,iuxta illorum ſufficientiam,& idoneitatē ſibi videbitur,Abbreuiatoribus ſua officia in Ro.Cur. pro tempore exercentibus, indultū de percipiēdis in abſentia ſuorum beneficiorum fructibus:etiam ſi alias eis tale indultum,quauis auctoritate conceſſum fuerit.

Quibus conceditur Altare portatile,

Dominus terrarum,& locorum,necnon Abbatibus, & per Priores gubernari ſolitorum Monaſteriorum Prioribus,& Superioribus,Prælatis,& magnorum Principū Conſiliariis. Altare portatile in forma concederi poſſit.

Quod poſſit admittere reſignationes.

ITEM,ꝙ poſſit admittere,& recipere reſignationes beneficiorum Eccleſiaſt.quorumlibet, etiam generaliter,vel

ſpecialiter,reſeruatorum,ſimpliciter;vel ex cauſa permutationis,& deſuper. Supplicationes per conceſſum ſignare pro literis Apoſtolicis inde conficiendis,vt moris eſt.

Quod poſſit ſignare Supplicationes.

ITEM, ꝙ poſſit ſignare ſupplicationes duorū Referendariorum manibus ſignatas,de nouis prouiſionibus,ſi neutri,& ſurrogationibus pro collitigañ. in quibus non detur clauſula generalem reſeruationem importans.

De ſignandis prouiſionibus.

ITEM, ꝙ poſſit ſignare Supplicationes etiam manibus duorum Referendariorum ſignatas, de beneficiis Eccleſ. vacātibus,ſecularibus,ac regularibus,diſpoſitioni apoſtolicæ generaliter non reſeruatis,quorum cuiuslibet,valor C.Floreñ.auri de Came.vel totidem libre Turoneñ.par. ſeu totidem in alia moneta, ſecundum communem æſtimationem,valorem annum non excedat.

Super defectu natalium.

ITEM, ꝙ poſſit ſignare Supplicationes manu vnius Referēdarii ſignatas,ſuper defectu nataliū, ad omnes ſacros ordines,ac duo beneficia eccleſiaſtica, cum cura, vel ſine cura,ſe inuicem cōpatientia,etiam ſi Canonicatus,& præbendę,vel officia Collegiatarum Eccleſiarum fuerint.

Super defectu ætatis.

ITEM,ꝙ in gratiis Expectatiuis,cōcedere poſſit,ad obtinenda bñficia,dignitates,perſonatus, adminiſtrationes, vel officia curata,defectum ætatis patientibus,qui xx.ſuę ętatis annuum peregerint,& de quibus ſibi ꝙ alias,ad hoc idonei ſint,fides facta fuerit,ꝙ huiuſmodi eorum gratiæ, ad ipſa beneficia,dignitates,perſonatus,adminiſtrationes ac officia valeant,ſuumq; ſortiātur effectum:& ꝙ illarum vigore,quam primum ad ętatem legitimam peruenerint huiuſmodi bñficia, dignitates,perſonatus, adminiſtratio-

nes, vel officia acceptare, & illis ſibi prouidere, facere ac ea recipere, & retinere poſsint, & valeant.

De reformationibus.

ITEM, ꝙ in expectatiuis, & beneficiis generaliter, vel ſpecialiter nō reſeruatis, impetrationum quorūlibet reformationes, de nō obſtañ. & diſpenſationū omiſſarum, ac beneficiorum valoribus, & qualitatibus, nataliumq; defectibus, ſignare poſſit.

Super defectu ętatis, pro Magnatibus.

ITEM, ꝙ in expectatiuis, pro Nobilibus, vel graduatis, ſaltem, xx. annos habentibus, & ad obtinēda bñficia, dignitates, perſonatus, adminiſtrationes, vel officia cū cura, defectum ętatis patientibus, ad illa diſpenſationum ſupplicationes ſignare poſſit de duobus annis.

De maioribus prębendis.

IETM, ꝙ ſufficientibus, & idoneis, ac de quibus, ꝙ tales ſint, ei facta fides extiterit, in expectatiuis ſignare poſſet ad maiores Eccleſiarum prębendas, in quibus, iuxta illarum ſtatuta, & conſuetudines, de minoribus ad maiores: graduatim debet fieri aſcenſus.

De prorogationibus ſuſcipiendorum, Ordinum.

ITEM, ꝙ poſſit ad Ordines ſuſcipiēdos arctatis prorogare terminos de dict. s ſuſcipiendis Ordinibus, vſq; ad proxima: tunc a iure ſtatuta tempora, in quibus ſic arctati ſucceſſiue, ad ipſos Ordines promoueantur.

Placet publicetur, & deſcribatur. I.

Lectę, & publicate fuerūt ſupraſcriptę Regulę, Romæ in Cancellaria Apoſtolica. Anno incarn. Dñicę. M.D.L. Dies vero martis. xxv. Februarii. Pontificatus pręfati. S. D.N.D. Iulii diuina prouidentia Papę. III. Anno primo.

RESERVATIO MENSIVM APOSTOLIcorum. Et ꝙ in impetrationibus debeat fieri mentio, de menſe in quo beneficium vacat.

SAnctiſſimus in Xpo pater, & D.N.D. Iulius diuina prouidẽtia Papa III. q̄ prędeceſſorũ ſuoꝝ veſtigiis, inherendo gratias expectatiuas pauperibus, & aliis clericis, ſecularibus, & regularibus, in principio menſis Septẽbris proxime futuri; cõcedere propoſuit. Cupiẽs itẽ donec prima gn̄alis expeditio graꝝ earundẽ, ꝑ Sãctitatẽ ſuã cõcedẽdaꝝ fiat eiſdẽ paupibus, & aliis clericis, ac bñ meritis pſonis de bñficiis eccleſiaſticis prouidere, oĩa & ſingula bñficia eccleſiaſtica, cũ cura, & ſine cura, qualitercũq; qualificata, ſecularia, & ordinũ quorũcunq; regularia vbilibet exiſtẽtia in ſingulis, Aprilis, Maii, Iulii, Auguſti, Octobris, Nouẽbris, Ianuarii, & Februarii, mẽſibus donec eadẽ gn̄alis expeditio fiat alias q̄ ꝑ reſignationẽ extra Ro. Cu. vacatura, ad collationẽ, pñtationẽ, electionẽ, ſeu q̄uis aliã diſpoſitionẽ quorũq; collatoꝝ, & collatricũ, ſeculariũ, & regulariũ nõ tñ. S.R.E. Cardinaliũ, nec ſub cõcordatis inter ſedem Apoſt. & quoſcunq; alios inuitis, & ꝑ eos q̄ illa acceptare & ob ſeruare debuerũt acceptatis, & obſeruatis quę leder nõ intẽdit cõprehẽſoꝝ qũolibet ꝑtinen̄. diſpoſitioni ſuæ gn̄aliter reſeruauit, & voluit ꝙ in ſupplicatiõibus, ſeu cõceſſiõibus graꝝ quę de dictis, tũc vacãtibus, ẽt motu proprio fierẽt de mẽſe ĩ quo vacauerit diſpoſitiue mẽtio fiat aliogn gr̄ę hmõi ſint nullę decernãs ex tũc irritũ, &c.

Placet pu blicetur, & deſcribatur. I.

Lecta, & publicata fuit ſupraſcripta Reg. Ro. ĩ Cãc. Apo· ãno Incar. Dñicę. M.D.L. Die vero Martis. 15. mẽſis aprilis, Põtifi. præfati. S.D.N.D. Iulii Papę. III. Anno primo

A. Lomellinus Cuſtos.

REGVLA SIVE CONSTITVTIO PERPETVA S.
D.N.D. Iulii diuina prouidentia Papę III. In qua de
claratur ꝙ fructus beneficiatorum tẽpore obi
tus beneficioꝝ in exacti debeantur ſucceſ
ſoribus in bñficiis, & nõ hęredibus di
ctoꝝ bñficiatoꝝ ac ꝙ Duc. 500
& reliqua ꝑ morte Reue-
rẽdiſſimorũ S.R.E.
Cardinalium ca
merę
& Capellę apoſtolicę debita ſolui debeantur
nec de eiſdem per pręfatos Car
dinales teſtari poſſit.

MOTV Proprio &c. Cum ſicut nobis
nuper innotuit diuerſi diuerſorum be-
neficiatorum et Epiſcoporum Patriar-
charum & aliorum pręlatorum, ac S.
R.E. Cardinaliũ pro tempore deceden
tium hęredes, nõ ſolũ bona relicta ſpo-
lia nuncupata ſit decedentium beneficiatorum Epiſcopo
rum Archiepiſcoporum Patriarcharum & aliorum prę-
latorum ac etiam Cardinalium verum etiam fructus &c.
Eccleſiaſticos, ac pecunias & res alias per ipſos beneficia-
tos Epiſcopos Archiepiſcopos Patriarchas & alios plą-
tos, ac etiam Cardinales ante eorum obitum non exactos
etiam ſi eorum ſolutionis dies ante obitum ipſorum nõ
aduenerit ſub eo forſan prętextu quod pro tempore au
tem obitum hmõi, decurſo debeãtur exigere & quandoq;
ſolutionem debitorũ per ipſos bñficiatos & Cardinales,
dum viuerent cõtractorum & Legatorum per eos in ſua
vltima voluntate etiam ad pias cauſas factorum ſubterfu
gere, ac hęredes Cardinalium huiuſmodi paramẽta & or-
namenta capellę ipſorum cardinalium quę iã tãto tem-

pore ꝙ eius initii hominum memoria nõ habetur capel le Apoſtolicę, in qua miſſę papales celebrantur & ex qua pauperibus prelatis ad Romanã Cu. pro tẽpore cõfluenti bus & paramenta eccleſiaſtica cũ quibus proceſſionibus, & aliis ſolẽnitatibus per Ro. Pontifi. fieri ſolitis incedere poſſint non habentibus ſubuenitur deuoluti cõſueuerũt occupare, ac ſolutionem Quingentorum ducatorum auri de camera, qui poſt obitum ſingulorum Cardinalium pro precio annuli eis in eorum ad Cardinalatum aſſumptione exhiberi ſoliti Cameræ Apoſtolicæ perſoluũtur declinare cõtrudant & ſatagant. Nos attendentes fructus &c. & pecunias ac res alias occaſione eccleſiarum Monaſteriorum & beneficiorum eccleſiaſticorum pro tempore prouenieñ. Licet poſtq̃ ad manus beneficiatorum peruenerũt & cum aliis ipſorum beneficiatoꝝ fructibus &c. pecuniis & rebus cõmixti ſeu ipſis beneficiatis incorporale ſunt nõ vlterius in eccleſiaſticis, ſed potius ipſoꝝ beneficiatorum propriis & ab eis acquiſitis bonis. Iudicañ. eſſe & propterea quod modo pro ſecularibus & profanis haberi, & de eis teſtamẽto aut alias diſponeñ. facultas eiſdem beneficiatis per ſedem Apoſtolicam concedi conſueuerit nihilominus donec in manibus, eorum qui illos tanquam eccleſiaſticos ſeu ex eccleſiis monaſteriis, & beneficiis prædictis prouenieñ. & pro talibus conſeruant aut vt tales detinẽt ipſiq; beneficiati pecunias hmõi realiter nõ exegerint & fructus &c. non perceperint necnon aliis eorum bonis cõmiſcuerint, & ſibi incorporauerint ſemper ipſarum eccleſiarum quarum ipſi beneficiati ſunt ac vere eccleſiaſticos eſſe & cenſeri debere et propterea iuri non congruere, vt ipſi beneficiati, de rebus certis ipſarum eccleſiarum quę omni iure alienari prohibentur diſponere etiam in eorum vltima voluntate poſsint, nec ipſis beneficiatis etiam Epĩs Archiepĩs. Patriarchis et aliis pręlatis ac Cardinalibus pro tẽpore defunctis eorum hęredes qui vt

plurimum ſunt Layci in prȩiudicium ſucceſſorum bene-
ficiatorum fructus &c. ac res,& pecunias in exactos hmōi
os boni trituranti alligando exigant,& heredes Cardina
lium mala malis,addēdo bona capellȩ Apoſtolicæ debi-
ta occupat ſeu ꝙ Cameræ, & creditoribus ac legatariis
debent pro ſe retineant. Volentes in præmiſſis opportu
ne prouidere,motu ſimili,&c.declaramus noſtræ intētio
nis,nunꝗ fuiſſe nec eſſe,ꝙ quiuis quorūcūq; beneficiato-
rum ēt,vt præfertur,Epiſcoporum, Archiepiſcoporum,
Patriarcharum,& aliorum prȩlatorum,ēt Cardinalium,
vbilibet ēt in Romana Curia,aut eius diſtrictu: pro tēpo
re decedētium ſiue ex teſtamento,per ipſos beneficiatos,
ēt vigore facultatū,quarumcunq; eis in ſpecie, vel in ge-
nere,ēt prȩtextu,quorumcunq; capitulorum,ac ſtatuto-
rum,& ordinationū, ēt noſtrorum ſub quibuſuis tenori-
bus,& formis,ac alias quomodolibet cōceſſorum condi
to,ſiue ab inteſtato hæredes fructus. &c. ac pecunias, &
res alias per ipſos,ſic defunctos bñficiatos,ēt Epiſcopos,
Archiepiſcopos,Pſiarchas,& alios prȩlatos,ac Cardina-
les ante eoꝝ obitum non exactos,ēt ſi pro tempore ante
obitum huiuſmodi decurſo debeātur, ac eoꝝ ſolutionis
dies beneficiatis,& Cardinalibus viuētibus aduenerit, &
per ipſos bñficiatos,& cardinales nō ſteterit quominus il
los exigerēt quinimmo omnium pro illorum exactione,
neceſſarium diligētiam,etiam iudicialiter agēdo tecerint
quoquomodo exigere,aut ēt ſponte oblatos percipere
aut cruces,cādelabra,imagines,patenas, calices,& alia cu
iuſuis ſortis,tam aurea,ꝗ argētea vaſa,& iocalia,ac quæ
uis ornamēta,paramenta,& alia vtenſilia capellæ ſingu-
lorum Cardinaliū pro tēpore decedentiū cȩteraq; tā ad
ipſam capellā,ꝗ eius miniſtros circa altaris miniſterium,
celebrationē miſſe pertineñ.pro ſe retinere aut ſolutio-
nē. Quingentorum ducatorum, huiuſmodi euitare poſ-
ſent,vel impoſteꝝ poſſint,ſed ꝙ de cȩtero perpetuis futu

ris tēporibus fructus,&c.ac pecuniæ,& res (vt præfertur) in exacti,hmôi ad ipſorum ſic defunctorum bñficiatorū, etiam Epiſcoporum,Archiepiſcoporum,Patriarcharum & aliorum prçlatorum,& Cardinalium in eccleſiis,mona ſteriis,& beneficiis prædictis ſucceſſores,qui ex illis quoꝗ ſolutionis dies ante obitum,beneficiatorum huiuſmodi aduenerit omnia ipſorum beneficiatorum,etiam (vt,prę fertur) Epiſcoporum, Archiepiſcoporum,Patriarchaꝝ, & aliorum prçlatorum,etiam Cardinalium debita ad p: as cauſas facta legata ſi aliunde, ex aliis ipſorum bñficia torum bonis ſolui non poſſint ſoluere teneantur libere deuenire,& impoſterum deueniant,ac per eos,& nō hçre des prædictos exigi poſſent,& impoſterum poſſint,necnō cruces,cādelabra,imagines,patenas,calices,vaſa iocalia, ornamenta,paramenta vtenſilia , & alia ad capellam ſin gulorum Cardinaliū,& eius miniſtros(vt prçfertur)perti neñ.& ad eādem capellā Apoſtolicā pertinerēt, & ſpecta rent ac impoſterum pertineant,& ſpectent, & peragentes pro ea realiter,& cum effectu capi,& apprehendi poſſent & deberent: ac impoſterum poſſint,& debeant,Ac hære des Cardinalium,tam hactenus defunctorum, q̄ pro tem pore decedentium,Quingentos Ducatos , huiuſmodi ei dem Cameræ perſoluere tenerentur, & impoſterum ten antur,& propterea ſucceſſores in Eccleſiis,Monaſteriis & beneficiis huiusmodi fructus , & cætera , Ac pecunias & res per eorum ſucceſſores non exactos,libere , & licite percipere exigere , & leuare ac ſolutis ſi aliunde , vnde ſoluant non erit (vt præfertur) debitis,& legatis præ dictis , quod reſiduum fuerit in ſuos vſus, & vtilitatem cõ uertere , necnon agentes pro capella Apoſtolica , cru ces,candelabra,imagines,patenas,calices,vaſa,ioc alia, or namenta , paramenta vtenſilia , & alia prędicta propr auctoritate libere capere , & apprehendere poſſe , Ac hæredes Cardinalium,tam hactenus defunctorum, qua

aliorum pro tempore decedentium ad cruces,cãdelabra, & alia pdicta agen. pro dicta capella apoſtolica realiter & cum effectu conſignand.& eoſdem Quingentos Duc. agentibus pro eadem Camera,vt præfertur ſoluend·teneri,& obligatos eẽ,ac ad id omnibus iuris & facti remediis cogi,& compelli poſſe ſicq; in pręmiſsis omnibus & ſingulis caſibus ad pñs occurren ſeu penden.per quoſcũq; &c. in quauis cauſa & inſtañ.ſublata &c.iudicari & diffiniri debere ac irritum &c.decernimus.Non obſtañ.pręmiſsis ac cõſtitutionibus & ordinationibus apoſtolicis ſtatutis &c. priuilegiis quoq; indultis:ac teſtãdi & alias de dictis rebus & bonis diſponendi facultatibus capitulis & literis Apoſtolicis ſub quibuſcũq; tenoribus & formis ac cũ quibuſuis clauſulis & decretis etiam per modũ ſtatuti & ordinationis perpetuorum, Motu proprio &c.aut alias quomodolibet etiam per nos ad dictã ſedem cõceſsis initis,emanatis.Quibus omnibus etiam ſi de illis etc.eorum tenores etc.hac vice duntaxat ſpecialiter et expreſſe derogamus et ſufficienter derogatum eſſe decernimus cæteriſq; contrariis quibuſcunq;.Volumus autẽ hęredes ipſorũ beneficiatorum qui iam ante præſentium publicationem pecunias ac fructus per ipſos beneficiatos exactos huiuſmodi exegerint per ſucceſſores in beneficiis huiuſmodi amplius præſentium vigore moleſtari non poſſe necnon præſentes in cancellaria apoſtolica vt moris eſt publicari et in illius quinterno inter alias cõſtitutiones perpetuas ad perpetuam rei memoriam deſcribi.

Placet Motu proprio. I.

Lecta et publicata fuit ſupraſcripta Regula cõſtitutio et ordinatio.Romę in Cancellaria apoſtolica. Anno incarnationis dominicę,1550.Die vero.26.Iunii Pontificatus noſtri Anno Primo.

A.Lomellinus Cuſtos.

REGVLÆ TRES S. D. N. D. IVLI diuina prouidentia Papę III. Prima videlicet Reuocatoria facultatum mandatorum & indultorum quibuſuis conceſſorum & alia moderatoria Indultorum S.R.E Cardinalium quoad beneficia ad inferiorum collatorum collationem exiſtentia. Necnon reliqua reuocatio facultatum conceſſarum quibuſuis quoad beneficia reſeruata ſeu affecta.

SAnctiſſimus in Chriſto pater & Dominus noſter D. Iulius diuina proui na prouidentia PP. III. Cupiens almam Vrbem ex qua reliqua Chriſtianitas probos mores edoceri conſueuit & ſuam Romanã. Curiam (dante domino) in melius reformare. Et ad hoc intendens inter alia gratias præuentiuas a iure diſcrepantes quæ votum præſtãt captandę mortis de medio tollere. Omnes & ſingulas citra acceſſus & regreſſus ac de conſenſu coadiutorias ad vacatura beneficia gratias earumq; collationum mutationes extenſiones & reualidationes etiam ſi qui per eas in Canonicos vel portionarios ſeu alias beneficiatos ſuper expectatione prębende vel portionis aut alterius beneficii eccleſiaſtici creati vel recepti fuerint, ac præterquam in ſuper quibus per Cancellariam Apoſtolicam literæ in forma ſolita expediri conſueuerunt ſpeciales reſeruationes necnon nominationes & nominandi ſeu nominatis con

ferendi facultates ac quæcunq; mandata de prouidendo ſeu commendando aut alias diſponendo non tamen. In forma Capituli mandatum in Frăcia quibuſuis Collegiis & perſonis cuiuſcunq; ſtatus gradus ordinis vel conditionis exiſtant & quauis eccleſiaſtica ſeu mundana Dignitate præfulgeant Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus quibus pro commodiori eorum ſtatus iuxta Cardinalatus ſublimitatem ſuſtentatione ſimiles gratiæ reſeruationes nominationes facultates & mădata conceſſa fuerint duntaxat exceptis per Sanctitatem Suam & aliam conſtitutionem ſuam ſub die xxv. menſis Februarii in Cancellaria Apoſtolica publicatam Innouando quoſcunq; eius prædeceſſores a ſedis Apoſtolicæ Legatos etiam de conſenſu ordinariorum collatorum ſub quibuſcunq; tenoribus & formis etiam motu proprio & ex certa ſciĕtia ac de apoſtolicæ poteſtatis plenitudine etiam Imperatoris Regum Ducum aut aliorum Principum cōſideratione & quibuſuis etiam vrgentiſſimis cauſis ac cum quibuſuis declarationibus & mentis Sanctitatis ſuæ atteſtationibus & a reuocationibus preſeruatiuis aliisq; efficacioribus & inſolitis clauſulis necnon irritantibus & quod illa extunc vere & non fictæ effectum ſortita eſſent ac plenum ius in re acquiſitum eſſe cenſeretur eaq; non niſi ſub certis in eis expreſſis modo & forma ac de conſenſu eorum quibus conceſſa forent aut etiam nullatenus reuocari ſpoſſent, & quotiens reuocarentur totiens de nouo ſub Dat . per eos eligenda conceſſa & innouata eſſent & eſſe cenſerentur & ſic per quoscunq; iudicari deberet aliiſq; efficatioribus etiam vim contractus inducentibus decretis & alias quomodolibet etiam conſiſtorialiter hactenus conceſſa, approbata & innouata, quorum omnium tenores & formas ac decreta in illis appoſita Sanctitas ſua per expreſſis haberi voluit quoad ea in quibus vere & realiter ac alias quam ex decreto in eis appoſito non ſunt effectum

ſortita

ſortita reuocauit ac irritum etc. decreuit.

ITEM, cum eccleſiaſticus ordo cõfundatur niſi vnicuiq; ius ſuum conſeruetur Omnia et ſingula facultates et indulta eiſdem Cardinalibus quod beneficia Eccleſiaſtica in certis Ciuitatibus, et dioc. ſeu aliis locis in quibus ipſi non ſunt necvnq̃ fuerunt veri ordinarii collatores conſiſtentia ſeu vbi ipſi ordinarii collatores exiſtunt ad aliorum inferiorũ collationem et prouiſionem ſeu quamuis aliam diſpoſitionem de iure vl' conſuetudine aut alias quomodolibet ſpectantia conferre et de illis prouidere ac alias diſponere poſsint etiam perinde ac ſi veri inibi ordinarii collatores exiſtant, et quod diſpoſitiones de eiſdem beneficiis abſq; Cardinalium, et aliarum perſonarum huiuſmodi conſenſu etiam per Sanctitatem ſuam, et dictam ſedẽ pro tẽpore facte nullius ſint roboris vel momenti per Sanctitatem ſuam, et prędeceſſores prędictos etiam de ordinariorum collatorum cõſenſu ſeu eccleſiis aut monaſteriis vel aliis beneficiis de quorum collatione beneficia ipſa exiſtunt vacantibus ſub quibuſcunq; tenoribus & formis etiam Motu ſcientia, & poteſtatis plenitudine ac conſideratione, & ex cauſis necnon cum clauſulis, & decretis prędictis, & alias quomodolibet etiam conſiſtorialiter hactenus conceſſa approbata, & innouata eorum omnium tenores formas, & decreta pro inſertis habens quoad ea in quibus effectum ſortita non ſunt ſpecialiter et expreſſe reuocauit Decernens irritum etc. Statuto ordinatione decreto, et declaratione ſuis in Craſtinum ſue aſſumptionis editis quibus voluit Cardinales in conſtitutionibus per eam impoſterum edendis et publicandis non comprehendi niſi ille eorum fauorem concernerent aut de ipſorũ Cardinalium vel maioris partis eorum conſilio edite forent nequaq̃ obſtantibus.

D

ITEM reuocauit,caſſauit,annullauit Quęcunq; facultates,& indulta quibuſuis. Patriarchis,Archiepiſcopis & Epiſcopis, ac aliis Pręlatis & perſonis etiam locorū ordinariis,aut ordinariam collationem ſeu aliam diſpoſitionem beneficiorum eccleſiaſticorum de iure vel conſuetudine,aut alias quomodolibet habentibus nō tamen ipſius Romañ.Eccleſię Cardinalibus q̄diu vixerint ſeu ad aliud tempus diſponendi de beneficiis Eccleſiaſticis ſecularibus,& regularibus ad eorum collationem ſeu quamuis aliam diſpoſitionem pertinentibus etiam ſi diſpoſitioni Apoſtolicæ generaliter reſeruata ſeu ex generali reſeruatione Apoſtolica affecta forent in aliis q̄ alternatis menſibus ac etiā quoad beneficia eidem diſpoſitioni generaliter reſeruata ſeu affecta duntaxat in eiſdē alternatis mēſibus ab ipſis Sanctitate ſua ,& ſede aut legatis etiam ſimilibus Motu ſcientia & plenitudine ac conſideratione necnon ex cauſis,& cum declarationibus,& atteſtationibus ac clauſulis,& decretis prędictis,& alias quomodolibet etiā cōſiſtorialiter hactenus conceſſa,& etiam iteratis vicibus approbata,& innouata eorum omnium tenores formas,& decreta ſimiliter pro expreſſis habēs quo ad ea ſolum in quibus effectum vt præfertur ſortita nō ſunt ac decreuit irritum &c.

Placet publicentur & deſcribantur. I.

Lectæ & publicatæ fuerunt ſupraſcriptæ Regulæ conſtitutiones,& ordinationes Romæ in Cancellaria Apoſtolica,Anno incarnationis Dñicæ , Milleſimo Quingenteſimo Quinquageſimo die vero xxx.mēſis Decēb. Pōtificatus prælibati S.D.N.D.Iulii diuina prouidentia Papæ III.Anno primo.

A.Lomellinus Cuſtos.

REGVLÆ DVÆ S. D: N. D. IVLII diuina prouidentia Papę III. vna videlicet Prorogationis expeditionum conceſſarum per fe.re. Clementem Papā Septimum. Et alia etiam prorogationis cōceſsionis gratiarum expectatiuarum vſq; ad Kalendas Septembris.

SAnctiſſimus in Xpo pater,& D.N.D. Iulius diuina prouidentia Papa III. Qui in craſtino ſuę ad ſummi Apoſtolatus apicē aſſumptionis per quādam voluerat ꝙ conceſſa per felicis recordationis Paulum Papam Tertium predeceſſorem ſuum,et de eius mandato expedirentur in forma Rationi cōgruit ſub die Coronationis ſuæ vt moris erat,et Itē quo ad cōceſſa per pie memoriæ Clementem Papam Septimum etiam prædeceſſorem ſuum ad ſex menſes dūtaxat ab ipſa die Coronationis incipiēdos obſeruari voluerat et deinde per aliam in Cācellaria Apoſtolica,die octaua menſes Iunii proxime præteriti,publicatam cōſtitutiones ſuas dictos ſex menſes, ad alios ſex menſes ex tunc proxime futuros prorogauerat volens ipſorum qui literas ſuper conceſsis per eundem Clementē prædeceſſorem,nondum expediuerunt commoditatibus pariter,et indemnitatibus per amplius cōſulere ſecundo dictos ſex menſes,ad alios ſex menſes,ex tunc proximæ futuro de nouo prorogauit.

ITEM: Idem Sanctiſſimus Dominus noſter qui alias prædeceſſorum ſuorum veſtigiis inherēdo gratias expectatiuas pauperibus et aliis Clericis ſęcularibus, et

regularibus in principio menſis Septembris proximæ præteriti concedere propoſuerat & ex diuerſis cauſis propoſitum ſuum huiuſmodi executioni de mandare non valens certe ſuę in dicta Cancellaria ſecunda die menſis Septembris, huiuſmodi publicata conſtitutionis edicto voluerat omnibus innoteſcere qualiter Sanctitas ſua gratias ipſas in principio menſis Martii proxime futuri concedere omnino diſpoſuerat ex ipſis & certis aliis honeſtis cauſis in conceſſione, & generali expeditione gratiarum, expectatiuarum huiuſmodi adhuc vſq; ad Kalendas menſis Septembris proxime futuri ſuper ſedere decreuit intendens illas in huiuſmodi Kalendas Septembris omnino concedere.

Placet publicetur, & deſcribatur. I.

Lectæ et publicatæ fuerunt ſupraſcriptæ Regulæ Romę in Cancellaria apoſtolica. Anno incarnationis dominicę, 1550. Die vero. 17. menſis Februarii, Pontificatus prębibati S.D.N.D. Iulii diuina prouidentia Papæ III. Anno Primo.

A. Lomellinus Cuſtos.

REGVLÆ DVÆ S.D.N.D. IVLII DIVI na prouidentia Papę III. Vna Prorogatio expeditionis literarum Clemẽtis Papę VII. Alia Declaratoria ſiue conſtitutionis perpetuę nuper publicate ſuper fructibus beneficiorum tempore obitus beneficiatorum in exactis.

*

Prorogatio expeditionis literarum Clementis PP.VII.

SAnctiſſimus in Chr̃o pater & Dominus noſter dominus Iulius diuina prouidentia PP. III. Qui in craſtino ſuę aſſumptionis ad ſummi apoſtolatus apicem per certã conſtitutionem ſuam. Voluerat ꝙ conceſſa per fe.re. Paulum Papam Tertium prædeceſſorẽ ſuũ & de eius mandato expedirentur in forma rationi cõgruit ſub die coronationis ſuæ vt moris eſt, & idẽ quo ad conceſſa per pie memorię Clementem Papã VII. etiam prędeceſſorem ſuum ad ſex menſes duntaxat ab ipſa die coronationis incipiendos obſeruari. Voluerat volens ipſorum qui literas ſuper conceſſis per eundem Clementem prædeceſſorem nondum expediuerunt commoditatibus pariter & indemnitatibus conſulere dictos ſex mẽſes ad alios ſex menſes ex tũc proxime futuros prorogauit &c.

Placet publicetur & deſcribatur. I.

Lecta & publicata fuit ſupraſcripta Regula Romæ in
Cancellaria apoſtolica. Anno incarnationis Domini-
cæ. M.D.L. Die vero Martis octaua menſis Iunii Pon
tificatus prælibati S.D.N.D. Iulii diuina prouidentia
Pa pę III. Anno Primo.

A. Lomellinus Cuſtos.

Declaratoria Regulæ ſiue conſtitutionis perpetue nuper publicate ſuper fruct bus benefi- ciorum tempore obitus benefi- ciatorum in exactis.

*

MOTV Proprio &c. Dudum ex cer
tis tũc expreſſis rationabilibus cau-
ſis per quandam conſtitutionem no
ſtram perpetuo duraturã inter alia
Motu ſimili declarauimus nunc in-
tentionis nunquam fuiſſe nec eſſe
quod quiuis quoruncunq; beneficiatorum etiam Epi-
ſcoporum, Archiepiſcoporum, Patriarcharum, & alio
rum Prælatorum ac S.R.E. Cardinalium vbilibet etiã
in Romana curia aut eius diſtrictu pro tempore dece-
dentium ſiue ex teſtamento per ipſos beneficiatos etiã
vigore quaruncunq; facultatum eis in ſpecie vel inge-
nere etiam prætextu quorũcunq; Capitulorum ac ſta-
tutorum, & ordinationum etiam noſtrorum ſub qui-
buſuis tenoribus, & formis, ac alias quomodolibet cõ
ceſſorum cõdito ſiue ab inteſtato hæredes fructus &c.
ac pecunias & res alias per ipſos ſic defunctos benefi-
ciatos etiam Epiſcopos, Archiepiſcopos, Patriarchas
& alios Prælatos, ac Cardinales ante eorum, obitum
non exactos etiam ſi pro tempore ante obitum huiuſ-
modi decurſo deberentur, ac eorum ſolutionis dies

beneficiatis,& Cardinalibus viuentibus adueniſſent ac per ipſos beneficiatos,& Cardinales non ſtetiſſet quominus illos exigiſſent quinimo omnem pro illorũ exactione,neceſſariam diligentiam etiam iudicialiter agẽde feciſſent quoquomodo exigere aut etiam ſponte oblatos percipere tunc vel impoſterum poſſent,ſed ꝙ ex tunc de cætero perpetuis futuris temporibus fructus &c,ac pecuniæ & res vt pręfertur in exacti huiuſmodi ad ipſorum ſic defunctorum beneficiatorũ etiã Epiſcoporum,Archiepiſcoporum,Patriarcharũ,Prę latorum,& Cardinalium in eccleſiis monaſteriis etiam beneficiis eccleſiaſticis quorum fructus &c. ac pecuniæ & res huiuſmodi eſſent ſucceſſores qui ex illis quorum ſolutionis dies ante obitum beneficiatorum huiuſmodi aduenisſet omnia ipſorum beneficiatorum et Epiſcoporum,Archiepiſcoporum,Patriarcharum,Pręlatorum,& Cardinalium debita,& ad pias cauſas facta legata ſi ex aliis ipſorum beneficiatorũ bonis ſoluis nõ poſſent ſoluere tenerẽtur libere deuenirent,ac per eos & non hęredes prędictos exigi poſſent, & propterea ſucceſſores,in eccleſiis monaſteriis,& beneficiis huiuſmodi fructus &c.ac pecunias & res per eorum prædeceſſores non exactos libere & licite percipere exigere, & leuare,ac ſolutis ſi alium de vnde ſoluerentur nõ eſſet debitis & legatis prædictis quod reſiduum foret in ſuos vſus & vtilitatem cõuertere poſſe ſicq; in pręmiſſis caſibus etiam tunc occurrentibus ſeu pendeñ. iudicari & definiri debere ac irritum &c.Decreuimus prout in eadem conſtitutione quam in Cancellaria Apoſtolica vt moris erat publicari,& in illius quterno inter alias cõſtitutiones perpetuas ad perpetuam rei memoriam deſcribi voluimus plenius continetur. Cum autem ſicut plurium fidedignorum relatione nobis nuper innotuit conſtitutioni noſtræ prędictę per bene-

ficiatos,ac hæredes prædictos diuerſe fraudes fieri poſ ſint per beneficiatos videlicet fructus &c.ac pecunias & res alias vt pręfertur non exactos legatis per eos in extremo eorum vite,& dum vlterius viuere deſperant ad pias cauſas pro tempore factis abſorbendo per hę redes vero diuerſa debita iam extincta, & de quorum extinctione ſucceſſores in beneficiis informati eſſe nõ poſſunt pro validis,& veris ſupponendo. Sicq; ſucceſ ſores præfatos fructibus &c.ac pecuniis, & rebus aliis non exactis fruſtando in animarum ſuarum periculũ & ſucceſſorum prædictorum detrimentum, non modi cum nos fraudibus huiuſmodi occurrere, & ne verbis & nõ rebus legem impoſuiſſe videamur prouidere vo lentes. Motu ſimili &c. Conſtitutionem noſtram prędictam ſolum legata qua per ipſos beneficiatos etiam Epiſcopos, Archiepiſcopos, Patriarchas, Pręlatos, & Cardinales dum in ſanitate conſtituti extiterint,ad pi as cauſas facta fuerint,& debita quæ occaſione benefi ciorum ad quæ fructus &c.ac pecuniæ, & res in exacti huiuſmodi pertinuerint cõtracta extiterint de quibus ſucceſſores in beneficiis informationem veriſimiliter habere poſſunt,& debent comprehendere,& in eis tan tum intelligi debere,ac ſucceſſores præfatos ad aliorũ quam vt præfertur ad pias cauſas factorum legatorũ & occaſione ipſorum beneficiorum contractorum de bitorum ſolutionem minime teneri nec ad id etiã vi gore conſtitutionis noſtræ prædictæ cogi aut compel li poſſe. Sicq; in omnibus & ſingulis etiam ad pręſens occurrentibus ſeu pendentibus caſibus per quoſcunq; &c,in quauis cauſa,& inſtañ.ſublata &c. Iudicari & diſ finiri debere ac irritum &c. Decernimus & declaramus Non obſtantibus omnibus quæ in dicta conſtitutione noſtra. Voluimus non abſtare decernentes præſentes

in dicta Cancellaria,vt præfertur publicari & deſcribi
debere.

Placet & ita Motu proprio decernimus, & de-
claramus. I.

Lecta & publicata fuit ſupraſcripta Regula Romæ in
Cancellaria Apoſtolica. Anno Incarnationis Domini-
cæ Milleſimo Quingenteſimo Quinquageſimo die ve-
ro quarta menſis Auguſti. Pontificatus prælibati San-
ctiſſimi Domini noſtri Domini Iulii diuina prouiden-
tia Papæ Tertii. Anno Primo.

A. Lomellinus Cuſtos.

REGVLA CANCELLARIA S:D.N.D. Iulii diuina prouidentia Papæ III. Super prorogatio expectatiuarum ad Kalendas Martii.

*

SAnctiſſimus in Chriſto Pater & D.
N.D. Iulius diuina prouidentia Pa-
pa Tertius, qui prædeceſſorum ſuo-
rum veſtigiis inherendo gratias ex-
pectatiuas pauperibus, & aliis Cleri
ricis Secularibus, & Regularibus in
principio præſentis menſis Septem-
bris tunc proxime futuri concedere propoſuerat, &
ex aduerſis cauſis præpoſitum ſuum huiuſmodi execu-
tioni de mandare non potuit præſentis conſtitutioni-
bus ædicto, voluit omnibus innoteſcere qualiter San-

ctitas ſua gratias ipſas in principio menſis Martii proxime futuri, concedere omnino diſpoſuit.

Placet publicetur, & deſcribatur. I.

Lecta & publicata fuit ſupraſcripta Regula Romæ in Cancellaria Apoſtolica Anno Incarnationis Dominicæ, Milleſimo Quingenteſimo Quinquageſimo die vero Martis ſecunda mẽſis Septembris. Pontificatus prælibati Sanctiſſimi Domini Noſtri, Domini Iulii, diuina prouidentia Papæ Tertii. Anno Primo.

A. Lomellinus Cuſtos.

REGVLÆ DVÆ S. D. N. D. IVLII diuina prouidentia Papę. III. reuocatoriæ mandatorum; & aliarum gratiarum ad vacatura ad effectum gratiarum expectatiuarum, in Kalẽn. Februarii proxime futuri cõcedendarum.

SANCTISSIMVS In Chriſto Pater, & Dominus Noſter Dominus Iulius diuina prouidentia Papa III. qui plures gratias ad vacatura bñficia & mandata de prouidendo ſeu commendando aut alias diſponendo diuerſis perſonis hactenus cõceſſit, intendens veſtigiis prędeceſſorum ſuorum inhęrẽdo gratias expectatiuas pauperibus, & aliis clericis ſecularibus, & regularibus in

principio mēſis Februarii proxime futuri omnino, cō cedere Omnia & ſingula expectatiuas, & alias ad vaca tura beneficia gratias, & citra acceſſus & regreſſus, ac de conſenſu coadiutorias earumq; collationum muta tiones extenſiones, & reualidationes, ac pręter q̄ ſuper quibus per Cancellariam Apoſtolicam literæ in for‑ ma ſolita expediri cōſueuerunt, ſpeciales reſeruatio‑ nes, necnon mandata de prouidendo ſeu commendan do pręterquam in forma capituli mandatum in Fran ciam per Sanctitatem ſuam, & Apoſtolicæ Sedis lega‑ tos etiam de latere, quibuſuis perſonis cuiuſcunq; ſta tus, gradus, ordinis, vel conditionis, exiſtētibus S. R.E. Cardinalibus dūtaxat exceptis ac collegiis, etiā Motu proprio, & ex certa ſciētia ac de Ap̄licæ poteſtatis ple nitudine, & ex q̄buſuis ēt vrgentiſſimis cauſis, & cū q‑ buſuis declarationib. & mētis ſuę atteſtationib. & a re uocationibus p̄ſeruatiuis aliiſq; efficaciorib. & inſoli‑ tis clauſulis, necnon irritantibus, & q̄ illa extunc effe‑ ctum ſortita eſſent, ac plenum ius in re acquiſitum fo‑ re cenſeretur ac illis, niſi ſub certis modo & forma in eis expreſſis, vel de conſenſu eorum quibus illa conceſ ſa forent, derogari non poſſet, ſeu illa reuocari nequi rent, & quotiens illis derogaretur, aut illa reuocarē‑ tur, totiens ſub dat. per eos eligenda de nouo conceſ‑ ſa, & innouata eſſent, & eſſe cenſerentur, ac literæ deſu per expediri poſſent, ſicq; per quoſcūq; iudicari debe‑ ret, aliiſq; efficacioribus, etiam vim cōtractus inducen tibus decretis, etiam de conſenſu ordinariorum & ali‑ as quomodolibet, etiam conſiſtorialiter conceſſa eorū omnium tenorem & formas ac decreta in illis appoſi‑ ta pro expreſſis habens quo ad ea tm̄ in quibus vere & realiter ac alias quā ex decreto in eis appoſito nō sūt effectum ſortita reuocauit, ac irritum &c. decreuit.

Placet publicetur & deſcribatur. I,

Lecta & publicata fuit ſupraſcripta Regula, Romæ in Cancellaria Apoſtolica Anno Incarnationis Dominicæ, Milleſimo Quingenteſimo Quinquageſimoprimo, Die vero Martis xxii. menſis Decembris, Pontificatus prælibati S. D. N. Domini Iulii diuina prouidentia Papæ III. Anno Secundo.

A. Lomellinus Cuſtos.

REGVLA S. D. N. D. IVLII DIVINA prouidentia Papæ Tertii ſuper decretis proceſſuum gratiarum expectatiuarum.

*

SAnctiſſimus in Chriſto pater, & Dominus noſter dominus Iulius diuina prouidentia Papa III. Qui alias per eius conſtitutionem ſub die nona menſis Ianuarii proxime præteriti in Cãcellaria Apoſtolica publicatam innuerat pauperibus, & aliis clericis ſecularibus, & regularibus gratias expectatiuas ſub Dat. Kalend. inſtantis mẽſis Februarii generaliter concedere vellẽ intendens in menſe Maii proxime futuro ad primam, & in Kalen. menſis Octobris ex tunc proxime ſequentibus ad ſecundam expeditionem gratiarum earundem procedere hoc publico Edicto innoteſcere voluit omnibus & ſinguli s qui de dicta prima expeditione ex gratia Sanctitatis ſuæ erunt, vel ex priuilegio, aut antiqua cõſuetudine eſſe poſſunt & debent. Quod die quarta dicti menſis Maii hora vigeſima, Romæ in Palatio Apoſtolico, decernentur proceſſus ſuper gratiis expectatiuis de dicta prima expeditione ſeruata alias forma con-

ſtitutionis ſuæ Sanctitatis ſuper decreto & fulminatio ne proceſſuum huiuſmodi editæ, & dicta die nona Ia-nuarii in eadem Cancellaria publicatæ, ac commodi-tati expedientium ipſas expectatiuas conſulere volens mandauit q literæ expectatiuæ huiuſmodi ſuper qui-bus dicti proceſſus dicta die quarta menſis Maii decer nentur medio tempore ſingulis diebus per Cameram expedirentur, & omnes illarum expeditiones medio tempore faciendæ licet non vnico contextu ſed ſucceſ ſiue fierent vnica expeditio, & omnes expectatiue ſic ſucceſſiue expediendæ de prima expeditione eſſe, & cenſeri deberent. Decernens ſic per quoſcunque iu-dicari & interpretari debere ac irritum &c.

Placet & publicetur. I.

Lecta & publicata fuit ſupraſcripta Regula Romę in Cancellaria Apoſtolica Anno incarnationis Domini-cæ Milleſimo Quingenteſimo Quinquageſimo primo Die vero Sabbati Tertiadecima menſis Februarii Pon tificatus autem prælibati Sanctiſſimi Domini Noſtri Domini Iulii Papę III Anno Secundo.

A. Lomellinus Cuſtos.

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

REGVLA S.D.N.D. IVLII DIVINA prouidentia Papę III, per quam declaratur quod conſtitutio perpetua alias ſuper fructibus beneficiorum tempore obitus beneficiatorum in exactis edita locũ non habeat in locis in quibus collectores Camerę Apoſtolicæ eſſe conſueuerunt.

MOTV Proprio &c. dudum ex certis tunc expreſſis rationabilibus cauſis per quandam conſtitutionem noſtram perpetuo duraturã inter alia Motu ſimili declarauimus noſtrę intentionis nunquam fuiſſe nec eſſe ꝙ quiuis quorumcunq; beneficiatorum etiam Epiſcoporum, Archiepiſcoporum, Patriarcharum, & aliorum Prȩlatorum ac S.R.E. Cardinalium vbilibet etiã in Ro.Cu aut eius diſtrictu pro tempore decedentium ſiue ex teſtamento per ipſos beneficiales etiam vigore quarumcunq; facultatum eis in ſpecie vel in genere ẽt pretextu quoruncunq; capitulorum ac ſtatutorum, & ordinationum etiam noſtrorum ſub quibuſcunq; tenoribus, & formis ac alias quomodolibet conceſſorũ condito ſiue ab inteſtato heredes fructus &c. ac pecunias & res alias per ipſos ſic defunctos beneficiatos ẽt Epiſcopos, Archiepiſcopos, Patriarchas, & alios Prȩlatos, ac Cardinales ante eornm obitum non exactos ẽt ſi pro tempore ante obitum huiuſmodi decurſo deberentur ac eorum ſolutionis dies beneficiatis, & Cardi-

nalibus viuẽtibus aduenifſet ac per ipſos beneficiatos, & Cardinales non ſtetiſſet quominus exigiſſent quinim mo omnem pro illorum exactione neceſſariã diligentiam etiam iudicialiter agendo feciſſent quoquomodo exigere aut etiam ſponte oblatos precipere tunc vel impoſterum poſſent, ſed ꝙ ex tunc de cętero perpetuis futuris tpibus fructus &c. ac pecunię & res vt præfertur inexacti huiuſmodi ad ipſorum ſic defunctorũ beneficiatorum etiam Epiſcoporum, Archiepiſcoporum, Patriarcharum, Pręlatorum, & Cardinaliũ in Eccleſiis Monaſteriis, & beneficiis eccleſiaſticis quorũ fructus &c. ac pecunię, & res huiuſmodi eſſent ſucceſſores qui ex illis quorum ſolutionis dies ante obitum beneficiatorum huiuſmodi aduenifſet omnia ipſorum beneficiatorum etiam epiſcoporum, Archiepiſcoporum Patriarcharum, Pręlatorum, & cardinalium debita ad pias cauſas facta legata ſi ex aliis ipſorum beneficiatorum bonis ſolui non poſſent ſoluere tenerentur libere deuenirent ac per eos, & non heredes prędictos exigi poſſent, & propterea ſucceſſores in eccleſiis Monaſteriis, & beneficiis huiuſmodi fructus &c. ac pecunias, & res per eorum prędeceſſores non exactos libere & licite precipere exigere, & leuare ac ſolutis ſi aliunde vnde ſoluerentur non eſſet debitis, & legatis prædictis quod reſiduum foret in ſuos vſus, & vtilitatem conuertere poſſe ſicq; in præmiſſis caſibus etiam tunc occurrentibus ſeu pendentibus iudicari, & diffiniri debere ac irritum &c. decreuimus prout in eadem conſtitutione quam in Cancellaria Apoſtolica publicari, & in illius quinterno inter alias conſtitutiones perpetuas ad perpetuam rei memoriam deſcribi voluimus plenius continetur. Cum autem ſicut nobis nuper innotuit licet nos per conſtitutionem noſtram prædictam ſolum Eccleſiis Monaſteriis, & beneficiis in locis in quibus Col-

lectores fructuum & proueutuum Cameræ Apoſtolicę debitorum deputari ſeu eſſe non conſueuerant conſiſtentibus, & circa quæ ius commune ſeruari debet prouidere intellexerimus nihilominus diuerſę perſonę eãdem conſtitutionem noſtram ad eccleſias Monaſteria, & beneficia etiam in locis in quibus Collectores huiuſmodi deputari ſeu eſſe conſueuerunt conſiſtentia & in quibus diuerſæ conſuetudines diuerſaq; particularia iura ſeu priuilegia vigent trahere,& extendere conentur contra mentem,& intentionem noſtras ac in fraudem,& detrimentum quam plurium nos fraudibus & de frumentis huiuſmodi occurrere ac mẽtem & intentionem noſtras in præmiſſis declarare volentes Motu ſimili &c. Conſtitutionem eandem ſolũ eccleſias Monaſteria ac bñficia eccleſiaſtica in locis in quibus Collectores predicti deputari ſeu eſſe non conſueuerant comprehendere,& ad ea tantum extendi nec in eccleſiis Monaſteriis,& beneficiis in locis in quibus iidẽ Collectores deputari ſeu eſſe conſueuerunt cõſtituentibus locum habere aut effectum aliquem ſortiri poſſe aut delere . Et omnino ea non obſtante conſuetudines, & particularia iura ſeu priuilegia cuiuslibet loci in quo Collectores huiuſmodi deputari ſeu eſſe conſueuerunt.In pręmiſſis vigentia obſeruari, & executioni demandari ſicq; in præmiſſis omnibus & ſingulis etiam ad pręſens occurrenttbus caſibus ſeu pendentibus cauſis per quoſcunq; &c.ſublata &c.iudicari & diffiniri debere ac irritum &c.ducernimus, & declaramus nõ obſtañ. omnibus quæ in eadem conſtitutione noſtra voluimus non obſtare præſentes in præfata Cancellaria, vt præmittitur publicari & deſcribi debere, decernentes.

Placet & ita declaramus.

Lecta

Lecta & publicata fuit ſupradicta Regula ſiue declaratio Romæ in Cancellaria apoſtolica Anno incarnationis Dominicę. Milleſimo Quingenteſimo Quinquageſimo primo die vero Iouis decimaoctaua menſis Iunii Pontificatus prelibati Sanctiſſimi Domini noſtri Dñi Iulii diuina prouidētia Papę III. Anno Secūdo.

A. Lomellinus Cuſtos.

PROROGATIO EXPECTATIVArum ad Kalendas Februarii.

*

SAnctiſſimus in Chriſto pater, & Dominus noſter dominus Iulius diuina prouidētia papa III. Qui alias prędeceſſorum ſuorum veſtigiis inherendo gratias expectatiuas pauperibus, & aliis clericis, ſecularibus, & regularibus, in principio menſis Septēbris prox. præteriti concedere propoſuerat, & ex diuerſis cauſis propoſitum ſuum huiuſmodi executioni demandare non valens certe ſue in Cancellaria Apoſtolica ſecunda die dicti menſis Septembris publicate conſtitutionis edite voluerat omnibus innoteſcere qualiter Sanctitas ſua gratias ipſas, In principio menſis Martii tunc proxime futuri, & nunc preteriti cōcedere omnino diſpoſuerat, & ſucceſſiue eiſdem, & certis aliis honeſtis cauſis in conceſſione, & generali expeditione gratiarum expectatiuarum huiuſmodi etiam vſque ad Kl. menſis Septembris proxime futuri ſupraſedere decreuerat expremiſſis, & diuerſis aliis rationabilibus cauſis conceſſionem & generalem expeditionem gratiatiarum expectatiuarum huiuſmodi vſq; ad Kl. menſis Februarii proxime futuri prorogādum duxit,

& prorogauit Intendens illas in huiuſmodi Kl.n Februarii omnino concedere.

Placet publicetur & deſcribatur. I.

Lecta & publicata fuit ſupraſcripta Regula Romæ Cancellaria Apoſtolica, Anno incarnationis Dom cæ Milleſimo Quingenteſimo Quinquageſimoprim die vero Martis decimaoctaua menſis Auguſti, Pont catus prçlibati Sanctiſſimi D.N.D.Iulii diuina pro dentia PP. III. Anno Secundo.

A. Lomellinus Cuſtos.

NOVÆ REGVLÆ CANCELLARIA Apoſtolicæ per Sanctiſſimum D. N. D.Iulium diuina prouidentia Papam III. Super gratiis Expectatiuis per ipſum dandis, editæ.

SAnctiſſimus in Chriſto pater, & Dominus noſter Dominus Iulius, diuina prouidentia, Papa III. Qui varias & longas an, & qualiter ab eo gratiæ expectatiuæ concederentur, conſultationes habuit. Tandem, cupiens ſuorum prædeceſſorum inhærendo veſtigiis, pauperibus & aliis clericis ſecularibus, & regularibusperſonis in huiuſmodi gratiarum conceſſionibus, & liberalem exhibere, Gratias huiuſmodi concedere diſpoſuit, formis contentis in Regulis, & Conſtitutionibus infraſcriptis: quas, durantibus gratiis ipſis obſeruari voluit.

De expeditione literarum pro pauperibus.

¶Imprimis, voluit idem D.N. ꝙ pro pauperibus cl cis beneficiandis, dentur vſq; ad annum, & non vltr. teræ in ea forma ſecundum quam pro eis tempore feli. re. Martini Papæ V. ſcribi conſueuit: Videlicet, ad vnū Collatorem, ſaluo ꝙ ſi ad collationem Decani, & Capi tuli, vel Abbatis, & Conuentus, aut Abbatiſſe & couen tus, impetrauerint: detur clauſula, communiter vel diui ſim: vbi antiquitus duntaxat dabatur communiter. Et ſi ipſi, iuxta eorum ſufficientiam locetur, per tria bene, aut per duo bene. & vnum competenter, vel duo bene, & vnum debiliter, aut duo competēter in lectura & cō ſtructione, & vnum male in cantu. Per totā vero Hiſpa niam, & Gaſconiam, habentibus bene legit: competēter conſtrui:, nihil cantā:, vel habentibus adminus tria, cō petenter detur ad beneficium cum cura. Sed habenti- bus duo competenter, etiam ſi vnum ſit in cantu, detur ad beneficium ſine cura.

Priuilegium pauperum.

¶Item, idem D.N. cupiens pauperibus clericis prouide ri: voluit, ſtatuit & ordinauit, ꝙ omnes & ſinguli, qui ſuas in forma, ſecundum quam pro pauperibus clericis beneficiandis ſcribi conſueuit, de beneficiis eccleſiaſti- cis vacātibus vel vacaturis, literas obtinuerint: In ipſo- rum aſſequutione beneficiorum, quæ ſine cura, & nō ca nicatus, & pręben. vel perſonatus fuerint, ſingulis aliis ibidem bñficia eccleſiaſtica per literas Apoſtolicas ex- pectantibus, & tunc beneficia, quorum fructus, &c. vltra decem Florenos auri de Ca. ſe. co. ex. annuatim valeāt, pacifice poſſidentibus, ſeu peſionem annuā, ſimilis ſum mę, ſuper fructibus, red. & prouen. eccleſiaſticis percipi- entibus, quacunq; antelationum Prærogatiua munitis, omnino conferantur.

Quis poſſit acceptare in forma pauperum.

¶Item, ꝙ omnes & ſinguli, obtinẽtes beneficia 24. librarum, vel ſimilis Monetę cõmuni extimatiõe valoris annui, ſeu pẽſionẽ annuã ſimilis sũmę, ſup fructibus, redditibus & prouen̄. eccleſiaſticis percipiẽtes: & ẽt nõ habentes poſſeſſionem beneficiorum, in quibus ſe ius habere aſſerunt, vel ſuper quibus litigant, cuiuſcũꝗ valoris annui, quẽ non teneantur exprimere, poſſint in cõmuni forma pauperum literas impetrare, ita ꝙ per aſſecutionem alterius, alia dimittere teneantur: & penſio ceſſet, & expiret.

Quod pauperes graduati, poſſint habere duas literas.

¶Itẽ, ꝙ iidem pauperes clerici, ſi graduati ſint, poſſint habere duas literas i forma gratię ſpecialis, fructuũ valore, & aliis beneficiorum qualitatibus non mutatis.

Quod pauperes poſſint locari extra ſuam prouinciam.

¶Item, ꝙ ipſi pauperes extra ſuam Prouinciam locari poſſint, ſi ibidem per ſex annos moram traxerint, & ẽt in aliis dioc. vbi ſuam perpetuam elegerint manſionẽ, & ꝙ caueatur in literis, ꝙ per procuratores acceptare, & ſibi prouideri facere poſſint.

Prętogatiua pauperum in Roman̄. Curia.

¶Item illis, qui tanto tempore in Romana Curia reſederint, ꝙ ibidem, de laudabili vita, & honeſta cõuerſatione eorum conſtare poteſt; dentur Exequutores in

Curia; alioquin extra Curiã, cum clauſula, quatenus ipſi, vel duo, aut vnus eorum, &c.

¶ Itē, voluit, ꝙ per fiat vt petitur, dentur duę Collationes, &c. Et cũ clauſula, ſi petatur, ēt rōne dignitatũ perſonatuũ, adminiſtrationũ, & officioꝝ, quę ibidē obtinēt, & in partibus italię, totidem beneficia eccleſiaſtica, ēt ſi alteꝝ eorum Canonicatus, & prębẽ. Eccleſiæ Cathedralis, fuerit, & in aliis partibus vnũ dũtaxat beneficiũ. Quodq; Canonicatus, & ꝑbẽ. cũ Pręſtimoniis præſtimonialibus portiōibus, obligiis, additamẽtis, ferculis, & ſupplementis vnius Canonici cedẽtis, vel decedẽtis. Quoꝝ quidē Pręſtimonioꝝ, &c. ſi pro Magiſtris licentiatis, Baccalariis formatis in Theologia, aut Doctoribus, vel cũ rigore examinis licentiatis in iure Canonico, vel Ciuili, ſeu magnis Nobilibus LX. Et ſi pro aliis, gratię huiuſmodi fuerint, 30. librarum Turoneñ par vel tantũdē in alia monetę, fructus, &c. ſe com. ex. va. an non excedãt, & ēt Canonicatus & ꝑbẽ. necnon dignitatis, vel perſonatus, &c. Cathedralis, ſeu Collegiatę eccleſiæ, pro vno beneficio computentur.

¶ Item, ꝙ loco verborum, cum pręſtimoniis, &c. nō ponantur verba, etiam præſtimonia, &c.

Item, ꝙ pro Religioſis, literę ſuper Expectatiuis gratiis non expediantur, niſi particularis, et extra rotulũ ſignatura deſuper ſuffragetur.

De beneficiis, quę conceduntur Vltramontanis.

Item, in partibus Vltramõtanis, extra Daciam, Suetiã, Noruegiam, Scotiam, Angliam, et Hiberniam, nullis, niſi Magiſtris Licẽtiatis Baccalariis formatis in Theologia, aut Doctoribus, ſeu cũ rigore examinis licentiatis in iure Canonico, vel Ciuili, aut in ãrtibus, q poſt ſuo-

rum in illis graduū ſuſceptionem, per bienniū rexerint ſeu ſtuduerint, vel in Medicina Magiſtris, aut qui p ſex ãnos ſtuduerint in altero ex iure hmōi, Baccalariis, vel Apoſtolicæ Sedis Officialibus, & Nobilibus, ac de mili tari genere procreatis, ac nepotibus & conſanguineis S.R.E. Cardinalium, detur per Expectatiuas ad Canonicatus, & præbeñ. dignitates, &c. Cathedralium eccleſiarum, vel qui deſuper a Sanct. ſua, per reformationē, vel alias, habuerint Signaturam ſpecialem.

De Taxis in beneficiis.

¶ Itē, Magiſtris, Licētiatis, Baccalariis formatis in Theologia, ac Doctoribus in iure Canonico, vel Ciuili, magnis Nobilibus, in Canonicos alicuius eccleſiæ creari, ſeu ad vnam duntaxat collationem Expectatiuam gratiam ſibi concedi petentibus, detur ad vnum beneficiū cuiuſcunq; taxæ.

¶ Itē, Magiſtris, & Baccalariis formatis in theologia, ac in iure Canonico, vel Ciuili Doctoribus, vel Licētiatis, ac in Medicina, et Magiſtris in Artibus, quo ad taxationē Decimæ, ad medietatē reductis: ſi cū cura, lxxx. & ſine cu lx. Sed in aliis nō reductis: ſi cū cura. cxx. ſi vero ſine cura. lxxx. librarum Turoneñ. par. ſe. tax. deciæ.

¶ Itē, Baccalariis in Theologia, nō formatis, magiſtris ĩ Artibus, ac ĩ iure Canonico vel Ciuili Baccalariis, & in Medicina licētiatis, in partibus reductis, ſi cū cura. lx. & ſi ſine cura. xl. Ac in nō reductis, ſi cū cura. c. & ſi ſine cura. lxx. librarum Turoneñ. par. ſe. tax. prædictam.

¶ Item, ſecularibus non graduatis, in partibus reductis, ſi cum cura. lx & ſi ſine cura. xxx. ac in aliis nō reductis, ſi cum cura. xl. & ſi ſine cura. xl. librarū Turoneñ. par. ſe. tax. prædicta.

¶ Item regularibus graduatis, & nō graduatis, in parti

s reductis.lx.& non reductis.lxxx.librarũ Turoneñ. r.ſe.tax.prædictam.

Item in Alemania,cum argenti,necnõ in Anglia,Scoa,& Hibernia,cũ Ster.Marchis,detur ſecularibus maiſtris,& Baccalariis formatis in Theologia, ac in iure anonico vel Ciuili,Doctoribus, & Licentiatis, ac in ſedicina,etiam Magiſtris:ſi cum cura.xxxv. & ſine cu,Viginti quinq;,Baccalariis vero in Theologia non ormatis,magiſtris in Artibus,ac in iure Canonico vel Ciuili Baccalariis,& in Medicina Licentiatis,ſi cum cura,30.& ſine cura.25.& aliis non graduatis,ſi cum cura,25.& ſine cura 18.necnon regularibus 30.Mar. ſe. tax prædictam.

Ité in Italia,& Hiſpaniarum Regnis,non graduatis,ſi cum cura 60.& ſine cura 40.Flor.auri,ſe.tax. De graduatis vero, quemadmodum ſupradictum eſt.

Ité in forma pauperũ ĩ partibus Gallicanis e luctis ſi cũ cura,30,& ſine cura.25.Et nõ reductis vero,ſi cum cura L.& ſine cura.30.In Italia aũt Hiſpania,& Aragonia,ſi cum cura.40.& ſine cura.25.librarum Turoneñ par.In Alemania,ſi cum cura.20.& ſine cura. 15.Mar. argenti In Anglia vero,Scotia,& Hibernia, ſi cum cura.30.& ſine cura,20.Mar.Ster.ſe.tax.prędictam.

De derogatione ſtatutorum Eccleſiarum Cathedralium.

Ité,ꝙ priuilegiis,ſtatutis,ſeu cõſuetudinibus de optãdo,vel aſſequẽdo maiores,aut alias p̃beñ.vel nõ obtinẽdo p illos,qui Canonici Cathedraliũ eccleſiaꝝ, aut ĩ eis bñficiati nõ fuerint,Pręſtimoniis,præſtimonialibus portionibus,ſeu ſimplicibus beneficiis;& vno recipiendis illegitimis,& duntaxat graduatis. nullatenus derogetur,niſi ſeorſum ſufficiens Signatura habeatur.

Doctores,&c.præferantur aliis in parochialibus Eccleſiis.]

¶Itẽ,ꝙ magiſtri Licẽtiati,Baccalarii formati in Theologia,necnõ Doctores,ſeu cũ rigore examinis licẽtiati in iure Canonico,vel ciuili:reliquis ẽt ſub pari vel maiori data expectantibus,in aſſecutione parochialiũ Eccleſiarum habentium communi, quæ ſecũdum formã publicam attendatur, æſtimatione duo millia communicantium omnino prẹferantur.

Qui poſſint obtinere dignitates.

¶Item,ꝙ in partibus Vltramontanis,dignitates, licet maiores,vel principales non ſint:rõne quaꝝ, eas obtinentes pro tempore,Capitulis prẹeſſe,& ſingulaũ perſonarum ibidem exercere curã animarũ habuerint: ꝑ alios,quãſ magiſtros licentiatos,ſeu Baccalarios formatos in Theologia,aut Doctores,ſeu licentiatos in iure Canonico,vel Ciuili,aut Medicina,vel artibus, q̃ poſt ſuorum in eis graduum ſuſceptionẽ,per trienniũ rexerint,vel ſtuduerint: magiſtros, aut Apoſtolicæ ſedis officiales,vigore ſeu prætextu literarum ſuper expectatiuis gratiis conceſſarum,acceptari non poſſint.

De non examinandis.

¶Itẽ,Doctores in iure Canonico,vel Ciuili,& in Theologia,vel in Medicina,ac in Artibus magiſtri:necnõ in aliquo ex iure vel Theologia huiuſmodi licentiati, & Baccalarii: non examinentur.

Hoſpitalia,non comprehendantur, ſub expectatiuis.

¶Itē,Hoſpitalia,domus Leproſorum,aliaq; pia loca, necnon laicis aſſignari ſolita,& clauſtralia Officia:ſub Expectatiuis gratiis minime comprehendantur.

Extra nationem ſuam,nulli liceat impetrare gratiam Expectatiuā,

¶Item,nulli gratia Expectatiua extra suam nationem cōcedatur,niſi idioma:quod communiter homines loquuntur,ibidem intelligat,& intelligibiliber loqui ſciat: alioquin gratia huiuſmodi ſit nulla.

Nullus valeat acceptare, literas non expeditis.

¶Item,nullus vigore gratiæ Expectatiuæ,ſeu ſpecialis reſeruationis,ſeu reualidationis, vel extenſionis, eius literis deſuper non confectis : aliquod beneficium acceptare,vel aſſequi valeat,& alias acceptatio huiuſmodi,nullius ſint roboris vel momenti.

De non habendo duas Expectatiuas.

¶ Item,voluit,ſtatuit,& ordinauit,ꝙ nullus duabus gratiis Expectatiuis,ſeu ſpecialibus reſeruationibus , aut Expectatiua,& ſpeciali reſeruatione ſimul,et ſi ambæ, vel altera earum,Motu proprio,ſeu alias,qūolibet cōceſſę fuerint,niſi vna illaꝝ tēpore datæ cōceſſionis alterius cōſūpta extiterit,vti poſſit.Sed ſi tales duę grãæ, altera nō cōſumpta,ſibi cōceſſę fuerint, & expeditis ſuper vtraq; illarū literis Apoſt.in expeditione literarū, quas poſtremo expediri fecerit:mentio de prima facta nō fuerit vel nō elegerit,ſeu mētem ſuā,ſuper hoc,qua gratiarū hmōi vti voluerit,in pręſidētia Cancel.apoſt. et corā ipſius Cancel.Notario nō declarauerit:effectū

careat vtriuſq; gratiarum earundem.

De beneficiis ſeruitoriis non acceptandis.

¶ Item, ꝙ nullus, vigore cuiuſcũq; gratiæ Expectatiuæ, ꝑ ipſum Dñm nrm, ſibi de Canonicatu, cũ reſeruatione præbeñ· aut dignitatis, perſonatus, adminiſtrationis vl' officii: necnon Pręſtimoniorũ, præſtimonialium portionum, & ſimplicium beneficiorum, ſub quacunq; verborum forma concedendæ, aliquod ſeruitorium beneficium acceptare, vel de illo ſibi prouideri facere poſſit: Decernens irritum, &c.

De beneficiis reſeruatis.

Item, ſtatuit, & ordinauit, ꝙ nullus vigore cuiuſuis gr̃æ Expectatiuæ, quodcũq; bñficium eccleſiaſticũ Apoſtolicæ diſpoſitioni gñaliter reſeruatum, vel ex generali apoſtolica reſeruatione affectum, etiã ſi alias, ſub hmõi gratia compræhendi videretur, aceptare, & de illo ſibi prouideri facere poſſit ſiue debeat: Decernens irritũ, & inane, quicquid ſecus contigerit attentari.

De inſinuatione, & publicatione.

¶ Itẽ, voluit, & ordinauit, quod quicũq;, vigore gr̃arũ expectatiuaꝶ acceptauerit quæcũq; beneficia ſecularia, vl' regularia, cũ cura, & ſine cura, etiam ſi Canonicatus, & pręben. ac dignitates, perſonatus, adminiſtrationes, vel officia fuerint, teneãtur, & debeãt infra vnius mẽſis ſpatiũ, a tempore hmõi acceptationis computandũ, de hmõi beneficiis per eos, vt præfertur, acceptatis: ſibi per ſuos executores, vel Subexecutores facere prouideri, alioquin, lapſo dicto menſe hmõi, acceptationes per

eos factæ, ac quæcūq; inde ſecuta, quo ad numerū & qua litatem bñficiorū, quę acceptationes cócernerent vel cō cernere poſſent: eo ipſo, ſint caſſa, & irrita, nulliuſq; roboris vel momenti. Et q infra tres menſes a die prouiſionis hmōi extūc immediate ſequentes: teneātur hmōi acceptationes in loco beneficii hmōi publicare: alias, gratia, acceptatio, & prouiſio hmōi, ſint nullę. Necnō a tempore publicationis earūdem, acceptationes, prouiſiones, & publicationes hmōi, ipſorum poſſeſſoribus beneficiorum, ſi qui fuerint a die quo iutruſi extiterint infra annum intimari facere, vel ſuper iure (ſi quod eis in dictis beneficiis competere putauerint) iudicialiter experiri debeāt, & teneātur, alioquin, ſi poſtmodū ipſis in dictis beneficiis ius competiiſſe cōſtiterit: gratię, quo ad numerum & qualitatem bñficiorum hmōi: necnō acceptationū & prouiſiones prædictæ, nullius ſint roboris vel momenti, pſentes tamen in Rom. Cu. publicationes hmōi, in Audientia contradictarum, per Auditoré eiuſdem, vel tempore vacationum, & quotiens hmōi Audientia nō tenetur, in cancellaria Apoſtolica, coram inibi Pręſidentibus, p illius Notarium fieri facere poſſint. Cui quidem Notario pro tpe rogato, vt Protocollū, duo bollendini & inſtrumenti de ſup cōficiat: quatuor groſſi Turoneñ. ſoluātur, de quibus merito cōtentetur nec aliquid, vltra ſub pœna pditionis emolumētorum Officii, ſeu Notariatus Ca. Apoſt. applicādorū, per tres menſes, quotiens ſecus fecerit, petere aut recipere pſumat. Ac decreuit idem Dominus noſter, ſi dictos acceptātes in habendis prouiſionibus, ac faciendis publicationibus hmōi deficere, vel negligentes eſſe contigerit q locorum ordinarii, ad quos id alias, pertinuerit, de dictis beneficiis, poſt præfatos menſes diſponere poſſint perinde, ac ſi gratiæ prędictæ, etiam cum decretis irritantibus, nullatenus emanaſſent.

¶Itē,vt Prȩlati,& aliȩ perſonȩ eccleſiaſticȩ,ad quos dignitatū,& alioꝝ bñficioꝝ eccleſiaſticoꝝ collatio prouiſio,pñtatio,electio, ſeu quæuis alia diſpoſitio pertinet,ab eodem Domino nr̃o,gr̃as,& fauores reportaſſe dignoſcātur:Ipſe Dominus noſter,Prȩlatis,& perſonis prȩdictis,vt de quibuſuis dignitatibus, perſonatibus, adminiſtrationibus,officiis,Canonicatibus,& prȩbēdis necnō qbuſuis aliis bñficiis eccleſiaſticis,cum cura, & ſine cura ſecularibus, & quorūuis ordinū regularibus, ad eoꝝ collationē,prouiſionē,pñtationē,electionem, ſeu quamuis aliam diſpoſitionem pertinētibus,quȩ infra quinquēnium,a Kl̄eñ.Februarii,Pontificatus ſui anno ſecundo,computañ.In Martii,Iunii, Septembris,& Decembris,mēſibus,vacare cōtigerit: dūmodo diſpoſitioni Apoſtolicȩ gñaliter reſeruata, ſeu ex generali apoſtolica reſeruatione affecta non fuerint,perinde ac ſi a ſede Apoſt.vel Legatis eius,gratiȩ expectatiuȩ, aut ſuper illis reseruationes non emanarent,ordinaria auctoritate libere diſponere poſſint,conceſſit,& decreuit Irritum,& inane &c.

De pluribus in eadem Eccleſia expectantibus.

¶Item.idem D.N.Prȩdeceſſorum ſuorum ſimiliter veſtigiis inhȩrendo:Voluit,ſtatuit,& ordinauit,ꝗ vbi plures ad eandē eccleſiā,vel collationē &c.ſub eadē,vel diuerſis dat.expectantes fuerint,et hñtes inibi de maiori, vel ȩquali dat.gratias,minus tñ ꝓgatiuas,ſub illis aliās comprehenſa beneficia,iuxta formam literarum de ſuper cōfectaꝝ,acceptare,& de illis ſibi prouideri facere valeant: Et ſi ex ipſis ſic acceptantibus, qui in aſſequutione quolibet potiores erāt,in faciendis publica

tionibus,intimatiōibus,ſeu aliis requiſitis diligētiis de-
fecerint,reliquorū,qui hmōi diligentias fecerint, acce-
ptationes,& prouiſiones,ſuū ſortiātur effectū, perinde
ac ſi deficientes in faciendis diligentiis huiuſmodi q po
tiores erāt,illa minime acceptaſſent,nec cēſeantur bñfi
cia huiſmodi ſic acceptata,ex perſonis eorundē acce-
ptātium,& ſuas acceptationes,nō publicātium , vel nō
intimātium poſſeſſoribus eorūdem,ſeu alias diligētias
nō facientium,vt tenebantur,quouis modo vacare.

De Motu proprio.

¶Item,idem D.N.ſuadētibus certis rationabilibus cau
ſis: Voluit,ſtatuit,& ordinauit,q in Expectatiuis grīis ,
illarūq; extēſionibus,reualidationibus, & collationum
mutationibus,per ipſum de cætero concedendis,ac de
ſuper conficiendis literis,verba proprii Motus,quo ad
bñficia in antea vacatura,nulli,cuiuſcūq; dignitatis ſta
tus,gradus,& conditionis fuerint,qūolibet ſuffragētur
niſi ſolum & duntaxat ad tollendum,& excludendū ſur
reptionem literarum earundem.

Reuocatio Expectatiuarum,Mandatorum ,
Reſeruationum,& indultorum.

¶Item,idem D,N.intendens hmōi grās Expectatiuas,ſe
cundum Conſtitutiones,& Regulas ſupradictas in Kl .
Feb.prox.fu.concedere:vt ipſi expectantes , ex eorum
gratiis Expectatiuis fructū reportare poſſint,& ne p̄te-
xtu aliarum gratiarum,tā per Sanct. ſuā quā alias qūo
libet cōceſſarū,impediantur:ex his, & certis aliis rōnabi
libus cauſis, certas alias Cōſtitutiones,ſiue Regulas re-
uocatorias ſpecialium reſeruationum,& conferendi fa
cultatum,per Sanct.ſuā editas,& in cancellaria Apoſt.

diuerſis tpibus publicatas,innouãdo:Omnia & ſingula Expectatiuas,& alias gratias,citra acceſſus & regreſſus, ac de conſenſu coadiutorias,ad vacatura beneficia,ea rũq; mutationes,extẽſiones,& reualidationes collatio-nũ,etiã ſi qui per eas in canonicos ſub expectatione p̃bendę,vel portionis,creati vel recepti fuiſſent,ac(prę terquã ſup quibus p Cancel.Apoſt. lrę in forma ſolita expediri conſueuerũt) ſpeciales reſeruationes,necnon Mãdata de prouidendo,ſeu cõmendando, ſeu alias di-ſponendo(nõ tñ in forma capituli mãdatũ in Frãcia) in fauorem quorũcũq;,& quibuſcũq; etiã S.R.E.Card. ac Collegiis,etiã de cõſenſu ordinariorum collatorum & a-lias qũolibet,necnõ nominãdi, reſeruãdi,& cõferendi, ac alia quæcũq;,facultates,& indulta,Car.& aliis perſo nis,de quibuſuis bñficiis eccleſiaſticis certatũ Ciuitatũ, & dioc.in quibus ipſi nõ erãt,nec vnquã fuerãt veri or dinarii collatores,ſed de ipſorum ordinariorum conſenſu, aut etiã ſine ęorum conſenſu ſeu ſede Ep̃ali, vel etiam Archiep̃ali vacante,diſponendi,aut Vicarios perpetu-os:ſeu temporales,qui etiam eiſdem Cardinalibus hu-iuſmodi beneficia cõferrent,vel commendarent depu-tandi etiam ſi ipſi Vicarii per quoſcũq; Ro.Pont.prę-deceſſores ſuos,vel etiam per Sanct.ſuam deputati fuiſ ſent,etiam perinde ac ſi veri & non ficti inibi ordinarii collatores eſſent,etiam cum decreto, q̃ diſpoſitiões de eiſdem beneficiis,abſq; ipsorum Cardinalium,vel per-ſonarum cõſenſu pro tempore factæ,nullius eſſent robo ris vel momenti:necnõ eiſdem Cardinalibus,tã ordina riis,q̃ nõ ordinariis,cõferendi bñficia eccleſiaſtica,quo ad bñficia,ad aliorum inferiorum collationem,prouiſio-nem pręſentationem,electionem,ſeu quãuis aliã diſpo ſitionem,de iure,vel cõſuetudine,& alias qũolibet ſpe-ctanctia duntaxat, etiam ſi illis de eorundem inferiorũ conſenſu conceſſa fuiſſent,ac etiam quibusuis Apoſto

licæ ſedis Legatis de latere, et ſi dictæ Ro. Ec. Cardina-
les fuerint, & Nunciis, et cū poteſtate Legati de latere:
necnon fructuū & prouen. Cameræ Apoſtolicæ debito
rum Collectoribus, in quibuſuis Regnis, Prouinciis, &
Dominiis, tā citra, q̄ vltra mōtes deputatis, ac quibuſ-
uis Pr archis, Archiepis, Ep̄s, Prælatis, & perſonis, et or
dinariā collationem, ſeu aliam diſpoſitionem bñficio-
rum eccleſiaſticorum, de iure, vel conſuetudine haben
tibus, diſponendi qūolibet de beneficiis Eccleſiaſticis,
etiā diſpoſitioni Apoſtolicæ gñaliter reſeruatis ſeu af
fectis, necnō Alternatiuas, & Indulta quęcūq; pręfatis,
& aliis pſonis p̄dictis, nō tñ in fauorē nationū ſuper cō
ferendis, per eos, etiam quoad vixerint, beneficiis eccle-
ſiaſticis, ad eorum collationem, prouiſionem, pñtatio-
nem, electionem, ſeu quāuis aliā diſpoſitionem, cōmuni
ter vel diuiſim; pertinentibus, in ſex alternatis; aut aliis
anni mēſibus vacaturis, tā per Prædeceſſores pręfatos
quā per eādem Sāctitatem ſuā & dictæ ſedis Legatos,
ſub quibuſcūq; tenoribus, & formis, ac cū quibuſuis de
clarationibus, atteſtationibus, & a reuocationibus; p̄ſer
uatiuis, aliiſq; efficaciorib. & inſolitis clauſulis, necnō
irritātibus, & aliis efficacioribus etiā vim cōtractus idu
centibus, decretis; etiā motu proprio; & ex certa ſcien-
tia; ac de aplicæ ptātis plenitudine, & ex quibuſuis; etiā
vrgentiſſimis cauſis; ac quauis cōſideratione hactenus
cōceſſas; & cōceſſa: quorū omniū tenores; & formas; ac
decreta in illis appoſita, S. ſua haberi voluit pro exp̄ſſ-
ſis; quo ad ea in quibus nōdū erāt ſortita effectū ex die
publicationis pręſentium Conſtitutionum; prout ex
Klend. Feb. prox. fu. & econtra; reuocauit; caſſauit; &
annullauit: ac quicquid prętextu gratiarū reſeruationū
mandatorum; facultatum; indultorum; & alternatiua
rum reuocatorum huiuſmodi; poſt Klend. prędictās
contigerit attentari: irritum; & inane decreuit; ſta-

tuto,ordinatione,decreto, & declaratione ſuis in craſtinum aſſumptionis ſuæ editis,quibus voluit Card.in conſtitutionibus,per eum impoſterum edēdis, & publicandis,nō cōprę hendi,niſi illę eorum fauorem concernerent,vel ipſæ conſtitutiones de eorundem Cardinalium,vel maioris partis eorum conſilio editę forēt nequaquam obſtantibus.

De Prę lationibus , ſiue Prę rogatiuis in gratiis Expectatiuis.

Item,idem Dñs noſter,intendens, ꝙ Prælationes ſiue Prę rogatiuę,in eccleſiaſticis beneficiis,vigore gratiarū Expectatiuarum aſſequendis (iuxta perſonarum conditiones,& merita) moderentur: Statuit,decreuit,& ordinauit,ꝙ inter habentes gratias Expectatiuas hmōi : Nobiles,de Ducum,Marchionum , & Comitū gñe qui reputantur Illuſtres & Officiales Apoſtolicæ Sedis infraſcripti,videlicet,Referendarii;Prothonotarii:Participātes:lr̄arum Apoſtolicarū Correcto , eiuſdē ſedis Subdiaconi numerarii:cāūrum Palatii Apoſtolici Auditores Cameræ Apoſtolicæ Clerici:ſimiliter numerarii & participātes:Curię cāūrum dictæ camerę auditor: Abbreuiatores de maiori parco,ſua officia actu exercētes,Scriptores Apl'ici,omnibus aliis qualitercūq; qualificatis,in aſſecutione quorūcunq; bñficiorū,quę hmōi gratiarum vigore expectabūt,quacūq; diligentia receptione,vel creatione,in Canonicos nō obſtāte, potiores exiſtant. Alii vero Nobiles,ex inferiori Nobiliū genere:magiſtri in Theologia:Doctores in vtroq; vel altero iuriū,qui fuerint graduati in aliqua Vniuerſitate Studii gñalis:necnon familiares ſuæ Sanct.non deſcripti:qui erāt veri familiares,cōtinui Cōmēſales, tēpore ſuę aſſūptionis ad ſummū apoſtolatus apicē:omnibus

aliis,

aliis,ẽt creatis,vel receptis in Canonicos,aut diligẽtio-
ribus,in proceſſu ſimiliter prçferãtur. Cçteri aũt,magi
ſtri,& Baccalarii formati; in Theologia Doctores,cum
rigore examinis,licentiati in altero iurium, necnon in
Medicina,& in Artibus magiſtri, qui poſt ſuſceptũ gra
dum aliquibus annis legerint; & in Hiſpaniis in altero
iurium Baccalarii,qui in ſimili ſtudio ſex annis ſtudue-
rint,necnõ alii familiares cõtinui Cõmenſales ſuç Sãct.
nõ deſcripti,qui ad familiaritatem,poſt aſſumptionem
hmõi venerunt,& venient,& duodecim familiares ſingu
lorum S.R E.Card per eos nominandi,& in lib.Cãcel.
Apoſt.deſcribendi,pariformiter omnibus aliis præfe-
rãtur. Inter aũt ſi cõcurrant ipſi graduati,& familiares
vltimo loco ſcripti,ius commune ſeruari voluit. Et ſi
omnes & ſinguli graduati ſupradicti inter ſe cõcurrant
(ſeruato tñ ordine ſupradicto) magis graduati,minus
graduatis,& iter ſe çqualiter graduatuos,prius gradua
ti,& ſimiliter iter oẽs & ſingulos ſupraſcriptos,alios in
quãlibet ſui pre eos reſpectiue cõcernẽte,inter ſe cõcur
rentes; magis qualificati, minus qualificatis pariformi-
ter prçferantur. Ipſi tamen familiares ſuç Sanct.ſupra
dictis 12.familiaribus Card.cæteris paribus,prçferan-
tur: & ꝙ inter omnes, & ſingulos ſupra dictos, & alios
quoſcunq;,cçteris paribus,prçſentes in dicta Curia,qui
eam per ſex menſes ante vacationem beneficiorum ſe-
quuti fuerint; ſi tamen ad minus in Artibus magiſtri,vl
in aliqua facultate Baccalarii,vel de nobili genere pro
creati extiterint; abſentibus ab eadem, ẽt qualitercũq;
graduatis extra Vniuerſitates locorum , in quibus etiã
ſtudiũ vigeat gñale,& inter prçſentes ſimul inter ſe cõ-
currentes,vel abſentes inter ſe,nõ beneficiati,beneficia
quomodolibet obtinentibus,pariformiter prçferãtur;
ſaluis prçrogatiuis,& antelationibus,certis ſuis familia
ribus,continuis Commenſalibus,antiquis & deſcriptis

per eundẽ S.D.N.Alias conceſſis:quibus per hanc Cõſtitutionem noluit in aliquo derogari.

De mutationibus collationum Expectatiuarum &c.

¶Item,idem D.N.attendens in mutationibus collationum,priores collationes,quæ mutãtur de cõſenſu eoꝝ quibus gratiæ ipſæ cõceſſæ ſunt,prius caſſari,& annullari cõſueuiſſe:ac volens fraudibus obuiare: Voluit,ſtatuit,& ordinauit,ꝙ expectãtes Apoſt.teneantur in ſupplicationibus mutationũ collationũ,gratiaꝝ Expectatiuarũ,eis per S.ſuã concedendaꝝ,ét Motu proprio pro tẽpore ſignatis,exprimere,ſpecifice & nominatim, collationes,ad quas mutationes fiẽt,ac caſſationi, & annullationi prioꝝ collationũ,quæ mutabuntur, in Cancella. vel Ca.Apoſt. corã illius Notario expreſſe cõſentire & cõſenſum ipſum,infra triduũ, a die preſtationis eiuſdẽ cõputandum,in libro Cancell.ſeuCam.prędictæ annotari facere;nec dictæ mutationes collationum,alicui ante hmõi cõſenſus præſtationem,& annotationem,ſuffragari debeant,neq; literæ,ſuper eiſdẽ mutationibus collationum,vigore Supplicationũ,in quibus collationes ad quas mutationes fient,nõ erunt ſpecifice,& nominatim expreſſæ,aut ſine annotatione dicti cõſenſus a tergo ipſarum literarum ꝑ dictum Notarium facienda, ét ꝑ Camerã expediri poſſint,& ꝙ idẽ ſeruetur in extenſionibus,& reualidationibus Expectatiuaꝝ,quo ad exp̃ſſionem collationum,ad quas ipſæ extenſiones,vel reualidãtiones fient in ſupplicationibus earũdem extenſionum & reualidationum faciendam. Quodq; p̃textu acceptationũ,& prouiſionum generalium,ſpecialia inſtrumẽta ſuper particularibus beneficiis tunc vacantibus,niſi acceptantes ipſi,ſic factas generales acceptationes, & pro-

uiſiones,p ſeipsos,ad particularia beneficia tūc vacātia ſpecificauerint,& mentē ſuā,ſuper hoc declarauerint p Notarios inde rogatos,cōfici nequeant,nec ex generali acceptatione p quēcunq; poſtea defunctum, & prouiſione ſibi,dū viueret,in genere factis,ad ſpeciē, & particulare beneficium,quouis prætextu deueniri poſſit:ſed argumenta, p quæ de mente defuncti cōſtare poſſit: in iudicio deduci debeant:Decernens irritum,& inane , ſi ſecus ſuper his,a quoquam:quauis auctoritate, ſcienter vel ignoranter contigerit attentari.

De excuſatione Proceſſuum gratiarum Expectatiuarum,

¶ Item,p̄fatus D.N.ad obuiādum fraudibus , quæ olim in cōcurſu proſequētium expeditionē literaꝶ gratiarū Expectatiuaꝶ,circa decretum Proceſſuū ſuper illis cōmitti cōſueuerant:& vt literæ gratiaꝶ earundē debitæ expeditæ appareāt:Voluit,ꝙ in prima expeditione literaꝶ eiuſmodi:Exequutores in illis deputati, q tūc erūt in Palatio Apoſt.ad decernendum Proceſſus,ſuper illis parari,poſſint eiuſmodi Proceſſus decernere facta ſolū verbali literarum earundem præſentatione:& ꝙ tam ſuper illis,quaꝶ Executores ibidē tunc erunt,quam ſuper aliis literis in prima expeditiōe hmōi tūc expeditis . R. D.Nicolaus Ep̄s Balneoregieñ.Sanct.ſuę Datarius poſſit Proceſſus literarum primæ expeditionis hmōi,perinde ac ſi in ſingulis literis prædictis Executor deputatus fuiſſet,ſimiliter abſq; earundem literarum actuali p̄ſentatione,decernere,ita tn̄,ꝙ ii,quos Proceſſus ipſi cōcernunt,debeant decreto Proceſſuum hmōi,per ſe,vel procuratores ſuos,ad hoc ſpecialiter cōſtitutos, intereſſe : & de eodem decreto, aliquem ex ſcriptoribus Archiuii Ro.Cu.& teſtes ibidem præſentes rogare,& nullus ex eiſdem Scriptoribus(niſi decreto Proceſſuum huiuſmodi

interfuerit,& ſic rogatus extiterit) eoſdē Proceſſus,ſub pęna falſi,ſubſcribere præſumat.Et ne propter nō actualem pn̄tationem lr̄arum prædictarum,de viribus Proceſſuum eiuſmodi hæſitari contingat impoſterum:neue aliqui,vt alios ſupplantent,ea die in decreto Proceſſuū procurrent alios pręuenire,& anteriori dat.decretum ipſum obinere,& in eiſdem Proceſſibus,horam annotari facere,ac pręter voluntatē ſuæ Sanct.commodum reportent: Voluit,ſtatuit,& ordiuauit proceſſus, per ip̄m Nico.Ep̄m,& Datarium,ac alios Executores prædictos in dicta prima expeditione,decernēdos,eiſdem hora, & momento,cenſeri debere eſſe decretos,quanquam ex tenore eorum,vel alias,appareret aliquos ex eis,anteriori hora,vel momento,quam alios decretos & expeditos fuiſſe; ac dictos proceſſus,valere,ac eundem effectum ſortiri debere in omnibus, & per omnia, perinde ac ſi dictus Nicolaus Ep̄s & Datarius vnus ex Executoribus dictarum literarum,& in eis deputatus fuiſſet. Et ꝙ proceſſus ſic decernendi eo prętextu,ꝙ literæ ipſe Nicol.Epo & Datario,& Executoribus prædictis,vel alicui eoꝝ,p illos,quos concernunt, actualiter præſentatę non fuerit nullatenus infringi,aut impugnari poſſint: ſed perinde ſortiantur effectum,ac ſi literę ipſę per eos ſingulariter & actualiter præſentatę eſſent:ipſiq; proceſſus,pręcedēte earundem literarum,actuali præſentatione,& illarū forma ſeruata,decernerentur.Quodq; Execus ores quicunque, in dictis literis nominati, etiam qui tempore dicti decreti abſentes erint; proceſſus in forma debita & conſueta,dummodo per aliquem ex dictis Scriptoribus,qui ibidem præſens,& vt præfertur: rogatus ſit ſuſcripti,& teſtium ibidem ſimiliter pn̄tium,& vt præfertur,rogatorum; ac ſigilli dicti Archiuii munimine roborari fuerint, ſub eoꝝ propriis nominibus, ac ſi ipſimet perſonaliter proceſſus ipſos decreuiſſent,partibus

petentibus,dare,& concedere poſſint; decernens proba tionem anterioris horę,vel momenti , nulli ſuffragari poſſe,vel debere ac Proceſſibus pro illis perſonis,quoꝝ nomina non fuerint in Rotulo ſuę Sanctitatis deſcrip ta,decernendis,nullá fidem adhibendam fore,niſi vltra ſubſcriptioné Scriptoris, & appéſioné Sigilli Archiuii huiuſmodi per dictum Nicolaum Epm & Datarium , in eoꝝ calce,per hęc verba,videlícet,Nicolaus Eps Balne oregien̄.Datarius,ſubſcripti fuerint , & iuxta hmōi ſta tutum,ordinaiioné,& voluntatem ſuę Sanct.per quoſ cũq; Auditores,& Iudices,etiā S.R.E.Card.in quacunq; , cauſa,& quauis illius inſtantía,ſententiari,diffiniri,& iu dicari debere: Sublata eis,& eoꝝ cuilibet,quauis aliter judicandi,& interpretandi facultate: irritũ quoq; & ina ne,ſi ſicus,ſuper his,a quoquã,quauis auctoritate,ſcien ter vel ignoranter,contigerit attentari.

Moderatio Indultorum,quo ad expectantes.

¶ Item,idem S.D.ad hoc,vt pauperes,& alii clerici,gra tias Expectatiuas,eis per ſuã Sanct.pro tépore conceſ ſas proſequétes;ex gratiis hmōi fructum reportare poſ ſint. Omnia & ſingula Indulta,S.R.E.Card.per quę eis, tam per Sanct.ſuãm,quam alios Rom̄.Pont.ſuæ Sancti tatis prædeceſſores,conceſſum fuerat,'vt ipſi Card. de Eccleſiis,Monaſteriis,dignitatibus, perſonatibus,admi niſtrationibus,officiis,canonicatibus,& pręben̄.ac aliis beneficiis eccleſiaſticis,cũ cura,& ſine cura,ſecularibus , & ordinarium quoruncunq; regularibus,ad eorum pro uiſioné,collationé,præſentationé,electioné;inſtitutio nem:ſeu quãuis aliam diſpoſitionem: cõmuniter vel di uiſim:rõne Eccleſiarum: quibus prçerãt,& tituloꝝ ſuo rum Cardinalatus.ac Monaſterioꝝ:Prioratuum:& alio rum beneficioꝝ ſuoꝝ eccleſiaſticoꝝ;ſecularium, & regu

larium:quæ in titulum: vel cõmendã:ſeu adminiſtratio nem:aut etiam:vt aliis vnita obtinebant:& impoſterum obtinerent:cõmuniter:vel diuiſim:pertinentibus:extra Rom̃.Curiã pro tẽpore vacaturis:per ſe:vel alios:libere diſponere poſſent:perinde ac ſi grę Expectatiuæ: aut ſpeciales:vel generales reſeruationes:& aliæ cõceſſiones a Sanct.ſua:& ſede Apoſt.nõ emanaſſent:ſeu impoſterũ nõ emanarẽt:& ſi illa:in dicta Curia vacarent : in expeditione lrãꝶ ſuę Sanct.ſuper prouiſione dictoꝶ bñficiorum:vel mandatis de prouidendo, ſeu aliis diſpoſitionibus eorundẽ Cardinaliũ,tã præſentium,quã de licentia ſuæ Sanct.abſentiũ,ad dicta curia, exp reſſus accederet aſſenſus: Alioquin prouiſiones,& mandata, ac aliæ diſpoſitiones hmõi non valerent:Modificando voluit, ſtatuit,decreuit,& ordinauit,ꝙ dicta Indulta,debeãt obſtare dictis expectantibus,ſolum quo ad beneficia,de q bus ipſi Card.diſponere poſſint pro tpe,rõne eccleſiaꝶ quas ſex Epi Card.ac presbyteri,rõne tituli;& Diaconi rõne Diaconiæ ſui Cardinalatus,de quibus intitulãtur, & intitulabuntur pro tẽpore,ac Cardinales in Ro.Curia pñtes,ẽt rõne vnius Eccleſiæ Patriarchalis,Metropolitañ.vel alterius Cathedralis,cui ipſi Card. ex cõceſſione,& diſpoſitione Apoſtolica, vt Epiſcop . vel adminiſtratores,ſeu Commendatarii pręſunt,vel pro tpe p̃fuerint,etiam nomine tantum,reſeruata ſibi libera adminiſtratione,& beneficioꝶ collatione,& diſpoſitione, ac ẽt rõne vnius Monaſterii duntaxat,quod in titulũ,vel Cõmendã,aut adminiſtrationem,aũt ẽt,vt vnitum obtinẽt ẽt ſi illius poſſeſſionem non haberent, ſeu obtinebunt, quo vero ad illos Cardinales pręſentes,qui pluribus aliis Eccleſiis,& Monaſteriis pręſunt,& in futuꝶ p̃erũt rõne illius eccleſiæ;& Monaſterii,quam,& quod,ipſi Cardinales,de pñti;plures Eccleſias,& plura Monaſteria obtinentes,pñtes in Ro.Cu.infra menſem , a die publica

tionis hmõi ſuæ Cõſtitutionis,& quo ad illos,quos plures Eccleſias,& plura Monaſteria obtinere impoſterum continget,infra menſem,a die eorundem adeptæ poſſeſſionis computandum,elegerint,& hmõi eorum electionem,per eorum cedulam,manu eorꝝ ſubſcriptã,& ipſorꝝ ſigillo munitam,& in libro Cancel.pdictę,per illius Seneſcalcũ,vel cuſtodẽ deſcribẽdã,nũc,& pro tpe exiſtenti S.R.E.Vicecancellario,vel eius in dicta cancellaria Locũtenenti,ſeu Regẽti,tranſmiſerint:& ſi non elegerint,& electionem hmõi non trãſmiſerint,vt præfertur, collatione beneficiorum,rõne omnium Eccleſiarum,& Monaſteriorum careant,In reliquis aũt,in quibus dicti expectantes impedirentur,vel impediri poſſent, per hmõi Indulta,eorũdem Cardinalium,quominus beneficia eccleſiaſtica,ſub eorum gratiis Expectatiuis,eis pro tẽpore cõceſſis,cõpręhenſa, acceptare: & de iis ſibi prouideri facere poſſint:Indulta prædicta,pręfatis Cardinalib. ẽt cum Motus proprii,& certæ ſcientiæ,ac plenitudine poteſtatis,ac quibuſuis aliis clauſulis efficacioribus cõceſſa,reuocauit,caſſauit,& annullauit,illis alias,quo ad reliqua in eiſdem Indultis contenta,in ſuo robore permanſuris:ac irritum,& inane decreuit,quicquid illorũ prætextu,poſt dictum menſem,vt præfertur,computandum ſcienter vel ignoranter,contigerit attentari.

Moderatio Indultorum Cardinalium ad ſex menſes.

¶Item,voluit,ſtatuit,& ordinauit,ꝙ S.R.E.Cardinales a Ro.Curia abſentes:gratiis Expectatiuis,per eandẽ Sãctitatem ſuam conceſſis & concedẽdis,durantibus taxat,habeant ſex anni alternatos menſes,videlicet,Februarium,Aprilem,Iunium,Auguſtum,Octobrem,& Decemb. in quibus eorꝝ indultis,& cõceſſionib. in prꝗiudiciũ expectantium Apoſtolicorum,quomodolibet vti, frui, &

gaudere poſſint:& ꝙ in aliis ſex eiuſdem anni alternatis videlicet,Ianuarii,Martii,Maii,Iunii,Iulii,Septembris, & Nouembris menſibus,eorum Indulta & conceſſiones, huiuſmodi,nullatenus eis in ipſorum expectantium pꝛ iudicium,ſuffragentur,aut ſuffragari poſſint:illa & illas cum omnibus in eis contentis,clauſulis & decretis, etiã irritantibus,eorumq;,& earum affectum, quo ad hoc ſuſpendendo. Et ꝙ eiſdem Cardinalibus a dicta Curia abſentibus,pro tempore conceſſum indultum præſentialitatis,& quo ad effectum vtendi,& fruendi dictis eorum indultis,& conceſſionibus, pro pręſentibus in ipſa Cur. habeantur,nullatenus eis ſuffragētur,aut ſuffragari poſſint,eorum abſentia durante. Quodq; quamprimũ Cardinales abſentes huiuſmodi,in Curia conſtituti fuerint infra octo dies ex tunc proxime ſequentes, prout dicti Cardinales in dicta Curia iã præſentes,ex forma ſupraſcriptæ Conſtitutionis tenentur electionem in eadē cõſtitutione expreſſam,& ipſius electionis cedulam tranſmittere:teneatur,modo & forma, in illis expreſſis Alioquin ex tunc,huiuſmodi Indulta,& conceſſiones: reuocationi,caſſationi,& annullationi,in ipſa conſtitutione expreſſis, ſubiacerent eo ipſo: Decernens irritum, & inane.

Quod nullæ aliæ prærogatiuæ ſuffragentur,niſi tantum conceſſę expectantidns,

¶ Item,ſtatuit,voluit,& ordinauit quod nulli expectanti apoſtolico vigore cuiuſuis gratiæ expectatiuæ ſibi p Sanct.ſuam pro tempore conceſſę in aſſequutione beneficiorum eccleſiaſticorum quæ vigore conceſſæ ſibi pro tempore gratiæ expectatiuæ huiuſmodi duxerit acceptanda,& de quibus ſibi prouideri,ſeu commenda fieri obtinuerit,& ſuper quibus iuxta predictas cõſtitutiones alias diligentias ſuas fecerit aliqua priuilegia ſeu

antelationum prerogatiue etiam contemplatione collegii ſeu Collegiorum de quorum numero exiſtat, per Sanct.ſuam,& Rom.Pont. prædeceſſores ſuos conceſſa,quomodolibet ſuffragentur preter quam priuilegia ſeu antelationes prærogatiuæ expecrantibus apoſtolicis per dictam ſuam deſuper vt prefertur editam conſtitutionem ex ipſius conſtitutionis diſpoſitione conceſſa donec & quouſq; ſua Sanct.expediuerit, & in eadem Cancellaria publicari fecerit literas apoſtolicas ſup priuilegiis,& antelationum prerogatiuis in dicta aſſequutione beneficiorum familiaribus contin . commenſalibus ſuis antiquis in eiſdem literis deſcribendis conficiendas, nec aliquis expectans vigore alicuius priuilegii ſibi etiam ſimili contemplatione conceſſi beneficiũ generaliter reſeruatum aut ex generali apoſtolica reſeruatione affectum etiam ſi alias ſub expectatiua ſibi cõceſſa,& vigore priuilegii,officialibus ſuæ Sanct. conceſſi, comprehendi videretur aut deberet,acceptare,& de illis ſibi prouideri facere poſſit. Sicq; per quoſcunq; iudices iudicari debere:ac irritum &c.decreuit.

Placet & publicetur,& deſcribatur.. I.

Lectæ et publicatæ fuerunt ſupraſcriptæ Regulæ Conſtitutiones; & ordinationes Rome in Cancellaria apoſtolica.Anno incarnationis dñice,1552.Die vero ſabb. 9.menſis Ianuarii,Pontificatus prelibati Sanctiſsimi in Chriſto patris,& D.N.D.Iulii diuina prouidentia Papæ III. Anno Secundo.

A.Lomellinus Cuſtos.

REGVLA S. D. N. D. IVLII DIVIN prouidentia PP.III.ſuper expeditione literarũ Gratiarum expectatiuarum conceſſarũ, & proceſſuum eorũdẽ per totum menſem Iunii proxime futurum.

SAnctiſſimus in Chriſto Pater, & Dominus noſter dominus Iulius diuina prouidentia PP.III·Qui alias intẽdens gratias expectatiuas ſub Dat.Kl.Februarii proxime pręteriti concedere per vnam non menſis Ianuarii proxime preteriti voluerat ꝙ in prima expeditione literarum gratiarum huiuſmodi executores in illis deputati qui tunc eſſent in palatio Apoſtolico ad decernẽdum proceſſus ſuper illis parati poſſent huiuſmodi proceſſus decernere, facta ſolum verbali literarum earundem pręſentatione, & ꝙ tam ſuper illis quarum executores ibidem tunc eſſent quam ſuper aliis literis in prima expeditione huiuſmodi tunc expeditis Reuerendus Pater Dñs Nicolaus Episcopus Balneoregieñ Sãctitatis ſuę Datarius poſſet proceſſus literarum primæ expeditionis huiuſmodi decernere perinde ac ſi in ſingulis literis p̃dictis executor deputatus fuiſſet.Ita tamen ꝙ ſi quos proceſſus ipſi concernerent decreto proceſſuum huiuſmodi per ſe vel procuratores ſuos ad id ab eis ſpecialiter conſtitutos intereſſe & de eodem decreto aliquem ex ſcriptoribus Archiui Ro.Cu.& teſtes ibidem pręſentes rogare deberent Decernens proceſſibus pro illis perſonis quorum nomina non forent in rotulo ſuę Sanctitatis deſcripta decernendis nullam fidem adhibenda fore niſi vltra ſubſcriptoris & appoſitionem ſigilli officii ipſius Archiui per dictum Dominum Nicolaum Epiſcopum

& Datarium in eorũ calce per hæc verba videlicet Ni-
colaus Epiſcopus Balneoregieñ. Datarius ſubſcripti
forent. Ac per aliam conſtitutiones ſuas tertiadecima
dicti menſis Februarii diebus in Cancellaria Apaſtoli-
ca publicatas Innoteſcere voluerat omnibus & ſingulis
qui de dicta prima expeditione ex gratia Sãctitatis ſuę
eſſent vel ex priuilegio aut aliqua cõſuetudine eſſe poſ
ſent & deberent ꝙ die quarta Inſtantis menſis Maii ho-
ra vigeſima. Romæ in palatio Apoſtolico proceſſus ſu
per gratiis ipſis de dicta prima expeditione decernere n
tur. Accepto ꝙ licet dicta die quarta mẽſis Maii ad de-
cretum proceſſuum ſuper dictis gratiis expectatiuis ali
as Iuxta ipſius conſtitutionis nona Ianuarii publicatę
formam proceſſum fuiſſet, Tamen plures qui de dicta
prima expeditione erant & proceſſum ſuper eorũ gra-
tia expectatiua facta ſolum verbali earum literarum p̃
ſentatione alias iuxta ipſius conſtitutionis tenorem de
cerni obtinuerant literas ſuper eorum gratiis expecta
tiuis variis de cauſis nedum expediri ſed nec ſcribi fa-
cere potuerant Volens commoditati expectãtium hu-
iuſmodi conſulere decreuit & declarauit ac ſtatuit, &
ordinauit omnes & ſingulos qui de dicta prima expedi
tione eſſe poſſunt literas gratiarum expectatiuarũ hu
iuſmodi per totum menſem Iunii proxime futuri expe
diri facere poſſe ac expectatiuas ſic expeditas & expe-
diẽdas huiuſmodi de dicta prima expediti one eſſe nec
non decretum proceſſuum per pręfatum dominum
Nicolaum Epiſcopum & Datarium ſub dicta die quar
ta Maii factum eis ſuffragari debere dictoſq; ſcriptores
Archiui proceſſus ipſos ſi alias de illorum decreto cum
ſpecificatione collationum ipſarum expectatiuarũ di-
cta die quarta Maii rogati fuerint, & non alias ſub eadẽ
die quarta menſis Maii ſi vero tunc rogati non extite-
rint ſub dat. currenti ſubſcribere libere & licite poſſe

ac proceſſus primę expeditionis huiuſmodi pro perſo-nis quarum nomina In dicto Rotulo deſcripta nō fue-rint decretos vltra ſubſcriptionem ſcriptoris & appo-ſitionem ſigilli officii Archiui huiuſmodi [per eundem Dominum Nicolaum Epiſcopum,& Datarium in eorū calce per hæc verba videlicet Nicolaus Epiſcopus Bal neoregieñ,Datarius ſubſcribi Alioquin nullam eiſdem adhiberi , & ſic ab omnibus Iudicari debere Irritum quoq; &c.

Placet publicetur & deſcribatur. I.

Lecta & publicata fuit ſupraſcripta Regula Romæ in Cancellaria Apoſtolica. Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo Quingenteſimo Quinquageſimoſecundo die vero Sab. xviii. mēſis Maii. Pontificatus prælibati Sāctiſſ. Domini noſtri Domini Iulii diuina prouiden-tia Papæ ertii. Anno Tertio.

A.Lomellinus Cuſtos.

REGVLA S:D.N.D.IVLII PAPÆ III.

Riuocatoria facultatum conceſſarum Concla uiſtiis,& aliis quo ad reſignationes benefi ciorum,in manibus ordi-nariorum.

*

SAnctiſſimus in Chriſto Pater & Domi nus noſter,D.Iulius diuina prouiden tia papa III. Cui innotuit ꝙ nonnul li qui in Conclaui in quo Sanctitas ſua ad ſummi Apoſtolatus apicem di uina fauente clemētia aſſumpta fuit interfuerunt & diuerſi alii etiam in eorum locum ſur-

rogati facultate reſignandi bñficia eccleſiaſtica per eos pro tempore obtenta & cedendi iuri eis in dictis beneficiis vel ad illa quomodolibet competenti etiam illorum poſſeſſione non habita ſimul vel ſucceſſiue ſimpliciter, vel in fauorem certarum perſonarum ſeu ex cauſa permutationis inordinariorum locorum vel illorum officialium aut Vicariorum ſeu perſonarum in dignitate eccleſiaſtica conſtitutarum vel Canonicorum Metropolitañ,aut aliarum cathedralium eccleſiarum per eos eligẽdorum manibus extra Ro.Curiam in quibuſuis apoſtolicis aut ordinariis collatoribus pro tempore conceſſis menſibus ac reſignationes & ceſſiones huiuſmodi per ordinarios ſeu officiales vel Vicarios aut perſonas in dignitate conſtitutas ſeu Canonicos prædictos admitti,& de beneficiis ſic reſignatis aut ceſſis ſibi ſeu aliis per eos nominatis vel ſecum compermutantibus prouideri faciendi eis & aliis ſua beneficia in eorum fauorem reſignare volentibus per Sanctitatem ſuam & ſedẽ apoſtolicam conceſſa ab vtentes eius prætextu reſignationes quaruncũq; perſonarum ſua beneficia huiuſmodi etiam diſpoſitioni apoſtolicæ generaliter reſeruata ſeu affecta ad effectum vt de illis aliis perſonis ſibi gratis prouideatur reſignare volentium etiam in infirmitate & mortis articulo conſtitutarum extra dictam curiã per ordinarios ſeu officiales vel Vicarios aut perſonas in dignitate conſtitutas ſeu canonicos hmõi admitti & de ipſis ſic vt pręfertur reſignatis ſeu ceſſis beneficiis etiam conſtitutione Sanctitatis ſuę de infirmis reſignantibus & infra viginti dies decedentibus non obſtante ſibi primo & deinde mediante eoꝝ reſignatione ſeu ceſſione perſonis primis reſignãtibus gratis ſeu per eos nominatis prouideri procurant & faciunt & quandoq; pro vſu facultatis huiuſmodi a perſonis in quarum fauorem illa vtuntur pręmia exigũt aliaſq; diuerſas frau

des committunt in animarum ſuarum periculum, & apoſtolicę auctoritatis vilipendium ac expectantium apoſtolicorum & ordinariorum collatorum prȩiudicium. Volens periculo animarum & huiuſmodi abuſibus ac fraudibus obuiare veſtigiis fe.re. Clementis Papę VII. predeceſſ. ſui qui facultates huiuſmodi reuocauit innhærendo, omnes & ſingulas facultates tam Conclauiſtis quàm quibuſuis aliis etiam in ipſorum Conclauiſtarum locum ſurrogatis cuiuſcunq; dignitatis ſtatus, vel conditionis exiſtētibus beneficia per eos obtenta reſignandi & iuri ſibi in illis vel ad illa quomodolibet competenti cedēdi. Ac reſignationes ſeu ceſſiones huiuſmodi admitti & de beneficiis ſic reſignatis ſeu ceſſis ſibi ſeu aliis per eos nominatis vel ſecum compermutantibus prouideri faciendi per quoſcunq; Ro. Pontifices prędeceſſores ſuos & ſanctitatem ſuam etiā in Cōclaui prędicto ſuo quibuſcunq; tenoribus, & formis hactenus conceſſis quarum tenores huiuſmodi Sanctitas ſua haberi voluit pro expreſſis etiam ſi quaſuis clauſulas aduerſus illarum reuocationem prȩſeruatiuas in ſe cōtineant reuocauit caſſauit & irritauit omniaq; & ſingula earūdem facultatum prętextu de cętero facienda nulla & inualida nulliuſq; roboris & momenti eſſe, & fore nec per illa & aliquod ius alicui acquiri aut acquiſitum cenſeri poſſe aut debere declarauit eaq; in poſterum nemini contra reuocationem caſſationem irritationem & declarationem huiuſmodi ſuffragari ſicque per quoſcunq; iudices etiam commiſſarios etiam Sāctę Romanę Eccleſię Cardinales & cauſarum palatii Apoſtolici Auditores in quibuſcūq; cauſis motis & mouendis in dicta curia & extra eam in quauis inſtantia pendentibus ſublata &c. iudicari & diffiniri debere ac irritum &c. decreuit.

Placet publicetur, & deſcribatur. I.

Lecta & publicata fuit ſupraſcripta Regula Romę in
Cancellaria Apoſtolica Anno incarnationis Domini-
cæ Milleſimo Quingenteſimo Quinquageſimo ſecũdo
Die vero Sabbati ix. menſis Decembris Põtificatus præ
libati Sanctiſſimi Domini Noſtri Domini Iulii Papę
III. Anno Tertio.

A. Lomellinus Cuſtos.

DECLARATIO REGVLÆ SEV CON-
ſtitutionis, reuocationiſq́, gratiarum Expectati-
uarum, ſub die xvi. menſis Maii, proxi-
me pręteriti publicatæ.

*

SAnctiſſimus in Chriſto pater, & do-
minus noſter Dominus Iulius, diui-
na prouidentia papa III. Qui alias
poſtquam gratias expectatiuas for-
mis in ſuis deſuper æditis conſtitu-
tionibus contentis, diuerſis familia-
ribus cõtinuis commenſalibus ſuis
ſub Kl. Februarii Pontifi. ſui Anno
ſecundo, & deinde ſub diuerſis aliis Dat. diuerſas alias
gratias expectatiuas etiam forſan ad tres collationes,
& ad vnum ſeu plura beneficia generaliter, vel alias re-
ſeruata ſeu affecta aut alias pariter, & contra formas cõ-
ſtitutionum huiuſmodi diuerſis curialibus, & aliis etiã
familiaribus ſui conceſſerat, illaſq; forſan reualidaue-
rat, & ad tertiam, ſeu alias collationes extenderat, ac il-
larum collationes mutauerat, per certam conſtitutio-
nem ſuam, die ſextadecima Maii dicti Pontificatus An-
no quarto in Cancellaria Apoſtolica publicatam in-
ter alia omnes, & ſingulas gratias non tamen expecta-

tiuas iuxta formam primo dictarum conſtitutionum expedita, ac alias cōceſſiones ad vacatura beneficia earumq;,ac quoad beneficia diſpoſitioni apoſtolicę generaliter reſeruata ſeu affecta gratiarum expectatiuarum huiuſmodi reualidationes extenſiones & collationum mutationes quoad ea in quibus vere,& realiter,ac alias quam ex decreto in eis appoſito nō erant effectum ſortite reuocauit,& quicquid ſecus prętextu ſic reuocatarum eatenus factarum & conceſſarum, ac quæ ex tunc in poſterum fierent & concederentur gratiarum nō tamen expectatiuarum,vt præfertur expeditarum poſt ſecundo dictæ conſtitutionis publicationem fieri contiugeret irritum & inane decreuit. Et ad cuius notitiam nuper peruenit quod a nonnullis etiam iuriſperitis hęſitatur,An per huiuſmodi conſtitutionem dictæ gratię expectatiuæ,& per conſequens illarum reualidationes, extenſiones,& collationum mutationes præter & cōtra formas primo dictarum conſtitutionum expeditæ, & expediendæ ſolum quo ad beneficia reſeruata ſeu affecta,an in totum reuocatæ ſint, volens litibus & controuerſiis occaſione præmiſſorum orituris & iā forſan ortis obuiare,ac omnem in præmiſſis hęſitandi materiam amputare declarauit mentis, & intentionis ſuæ ſemper fuiſſe & eſſe,Quod per ſecundo dictam conſtitutionem gratiæ expectatiuæ & illarum reualidationes,extenſiones, & collationum mutationes tam eatenus conceſſæ quam ex tunc in poſterum concedendæ ſolum quo ad beneficia reſeruata ſeu affecta reuocarentur. Quo ad alia vero in eis contenta tam gratiæ expectatiuæ,& illarum reualidationes,extenſiones, & collationum mutationes quam proceſſus per illas habiti,& habendi, ac inde ſequuta quæcunq;,& ſequenda valerent, & in ſuis robore,& efficacia permanerent plenamq; roboris firmitatem obtinerent,& ſuper earundem gratiarum ex-

pectatiuarū

pectatiuarum illarumque reualidationum, extenſionum, & collationum, mutationum, conceſſionibus per San‑ctitatem ſuam eatenus factis, & in poſterum faciendis cũ omnibus & ſingulis in eis contentis clauſulis literę apo‑ſtolicæ alias iuxta huiuſmodi conceſſionum continen‑tiam, & tenorem expediantur. Ac acceptationes, col‑lationes, prouiſiones, & alię diſpoſitiones de aliis quam reſeruatis ſeu affectis eatundem Literarum vigore factæ & faciendæ validę & efficacis eſſent & effectum ſuũ ſor‑tirentur in omnibus, & per omnia perinde ac ſi ſecũdo dicta conſtitutio ab initio cum hac expreſſa declaratio ne edita fuiſſet. Decernens ſic in pręmiſſis omnibus & ſingulis per quoſcunque etc. etiam cauſarũ palatii apo‑ſtolici. Auditores in Rom. Curia vel extra eam in qua uis cauſa, & tã primæ vel vlterioris appellationis in‑ſtantia, Sublata etc. iudicari et diffiniri debere. Ac ir‑ritum, etc.

Placet publicetur et deſcribatur. I.

Lecta & publicata fuit ſupradicta Regula Romæ in Can cellaria apoſtolica Anno incarnationis Dominicę. Mil leſimo Quingenteſimo Quinquageſimo tertio die vero Sabbati Tertiadecimaa menſis Ianuarii. Pontificatus prelibati Sanctiſſimi Dñi noſtri Papæ. Anno Quarto.

A. Lomellinus Cuſtos.

G

DECLARATIO S.D.N.D.IVLII DIVI
na prouidentia Papę Tertii, ꝙ Prælati ex pala-
tio Apoſtolico panem habentes ſint viri
familiares & continui commen-
ſales Sanctitatis ſuæ.

*

SAnctiſſimus in Chriſto pater, & dominus noſter Dominus Iulius, diuina prouidentia papa III. Cui nuper innotuit, quod a nõnullis vertitur in dubium, an eccleſiarũ prę-lati panem ex palatio apoſtolico ratione perſonæ ſuę & non alterius officii per eos pro tempore obtenti quotidie habentes ſint Sanctitatis ſuæ veri & indubitati & non ficti aut per priuilegium, prælati domeſtici & continui commenſales conſiderans panem huiuſmodi eis non niſi ratione familiaritatis continuæ commenſalitatis exhiberi. Et propterea volens dubium huiuſmodi ſuæ declarationis Oraculo de medio tollere, declarauit omnes & ſingulos eccleſiarum, prælatos qui ſolum ratione perſonæ ſuæ, & non alicuius officii per eos pro tempore obtenti panem ex palatio apoſtolico quotidie habent, ſeu habere poſſunt & in poſterum habebunt ſeu habere poterunt, licet in eodem palatio nõ habitent, & vltra panem alia victui humano neceſſaria non habeant nec in poſternm habituri ſint Sanctitatis ſuæ veros & indubitatos & non ficte, aut per priuilegium prælatos domeſticos, & continuos commenſales eſſe, ac in poſterum fore & pro talibus & vt tales cẽſeri & reputari debere, ita vt ſub regulis Cancellarię Apoſtolicæ, & aliis conſtitutionibus ſuis tam editis, quam edendis de veris familiaribus continuis commenſalibus, San-

ctitatis ſuæ loquentibus compræhẽſi & illis quo ad om nia ſubiecti ſint, ipſiq; illis, vti, potiri & gaudere poſſint, & Sãctitas ſua de beneficiis Eccleſiaſticis per eos pro tẽ pore obtentis qualitercunq; qualificatis & ad collatio- nem prouiſionem præſentationem electionem, ſeu quã- uis aliam diſpoſitionem quorumcũq; collatorum, etiã S.R.E.Card. etiam indultum ſpeciale ſuper conferẽdis beneficiis ad eorum collationem prouiſionem pręſen- tationem electionem ſeu quamuis aliam diſpoſitionem pertinentibus a Sanctitate ſua, aut ſede apoſtolica ha- bentium communiter vel diuiſim ſpectantibus quæ per eo℞ obitũ in Ro. Cu. vel extra eam in poſte℞ vacabũt, tanquam Sanct. ſuę ratione familiaritatis & cõtinuę cõ mẽſalitatis hmôi generaliter reſeruatis prouidere & de illis diſponere libere & licite poſſit in omnib. & per om nia perinde ac ſi ipſi prælati in dicto palatio habitarẽt, & vltra panem alia victui humano neceſſaria haberent. Sicq; per quoſcunq; &c. etiam Cardinales, prælatorum ac cauſarum palatii apoſtolici Auditores in quauis cau ſa, & inſtantia ſublata &c. Iudicari & diffiniri debere ac irritum &c. Decreuit.

Placet publicetur & deſcribatur. I.

Lecta & publicata fuit ſupraſcripta Regula Romæ in Cancellaria Apoſtolica. Anno Incarnationis Domini- cæ Milleſimo Quingenteſimo Quinquageſimotertio, die vero Martis xiii. mẽſis Februarii. Pontificatus præli bati Sãctiſſ. Domini noſtri Domini Iulii diuina proui- dentia Papæ tertii Anno Quarto.

A. Lomellinus Cuſtos.

REVOCATIO GRATIARVM NON tamē expectatiuarum iuxta formam Con. Conſtitutionum Cancellariȩ Apoſtolicæ expeditarum, ac. Mutationum extenſionum & reualidationum collationum quo ad beneficia reſeruata & affecta.

*

SAnctiſſimus in Chriſto Pater, & Dominus noſter dominus Iulius diuina prouidentia PP.III·Qui poſt conceſſionum gratiaꝝ expectatiuarum ad nonnullorū importunam Inſtantiam ſeu preces vel ex aliis cauſis diuerſas reſeruationes, & gratias ac mandata ad vacatura beneficia etiam diſpoſitioni Apoſtolicæ generaliter reſeruata etiā cū ſuſpenſione expectatiuarum & aliarum gratiarum pluribus pſonis conceſſerat ne occaſione tot gratiarum inter illas proſequentes varie lites orirentur & ex aliis rationabilibus cauſis Omnes & ſingulas gratias non tamen expectatiuas iuxta formam Conſtitutionum ſeu regularum Sanctitatis ſuæ deſuper editarum expeditas & vniones temporales ac alias citra acceſſus & regreſſus ac de conſenſu coadiutorias conceſſiones ad vacatura beneficia earunq; ac quo ad beneficia dictȩ diſpoſitioni generaliter reſeruata ſeu affecta gratiarum expectatiuarum huiuſmodi reualidationes & extenſiones ac collationum mutationes. Necnon prȩterquam ſuper quibus p Cancellariam Apoſtolicam literæ in forma ſolita expediri conſueuerunt ſpeciales reſeruationes & nominationes

necnon nominandi facultates & mandata de prouiden do de beneficiis Eccleſiaſticis vacaturis & illa Commen dando aut alias de illis diſponendo pręterquam in for ma Capituli mandatum in Francia quibuſuis perſonis cuiuſcunq; ſtatus, gradus, ordinis vel conditionis exiſtāt etiam ſi Cardinalatus honore ſeu legationis munere vł alia eccleſiaſtica ſeu mundana dignitate præfulgeant ēt de conſenſu ordinariorum collatorum necnon omnes & ſingulas facultates & indulta quæcunq; quibuſuis Pa triarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, ac alijs locorum or dinariis cęteriſq; ordinariis collatoribus nō tamen Car dinalibus quoaduixerint vel ad tempus diſponendi de beneficiis eccleſiaſticis cum cura, & ſine cura ſecularib. & regularibus ad eorum collationem ſeu quāuis aliam diſpoſitionem ſpectantibus in aliis quām alternatis ſeu eiſdem ordinariis collatoribus per conſtitutiones ſeu Regulas Cancellariæ huiuſmodi conceſſis & conceden dis menſibus ab eadem Sanctitate ſua, & Sede Apoſtoli ca ſeu eius legatis ſub quibuſcunque tenoribus & for mis etiam Motu proprio, & ex eius certa ſcientia ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine etiam Imperatoris, Regum, Ducum, & aliorum Principum conſideratione & ex quibuſuis etiam vrgentiſſimis cauſis ac cum qbuſ uis declarationibus & mentis Sanctitatis ſuæ atteſtatio nibus, & a Reuocationibus præſeruatiuis aliiſq; etiam derogatoriarum derogatoriis ac efficacioribus & inſo litis clauſulis necnon irritantibus, & quod illa ex tunc effectum ſortita ſint, & plenum ius inde acquiſitum cen ſeatur ac illis non niſi ſub certis modo, & forma in eis expreſſis vel de conſenſu eorum quibus cōceſſa fuerint derogari poſſit ſeu illa quouiſmodo reuocari nequeāt, & ſic per quoſcunq; Iudices iudicari debeat aliiſq; effica tioribus etiam vim contractus inducentibus decretis cō ceſſas & conceſſa ac approbatas & approbata quorum

. .nium tenores formas & decreta in illis apposita Sa..
ctitas ſua pro expreſſis haberi voluit quo ad ea in qui-
bus vere & realiter ac alias quam ex decreto in eis ap-
poſito non erunt effectum ſortita reuocauit Decernens
irritum & inane quicquid ſecus prætextu ſic reuocatarumque
eatenus factarum & conceſſarum & quę in poſterum fie
rent & concederentur reſeruationum facultatum & gra
tiarum non tamen expectatiuarum vt præfertur expe-
ditarum etiam cū pręſentis Conſtitutionis expreſſa de-
rogatione fieri contingeret poſt ipſius Conſtitutionis
quę fiet & quam pro facta haberi voluit ſingulis die-
bus publicationem ſicque in præmiſſis omnibus & ſingu
lis per quoſcunque cauſarum Palatii Apoſtolici Audito-
res, & Iudices etiam eiuſdem S.R.E. Cardinales in dicta
Curia & extra eam ſententiari diffiniri & iudicari debe
re in quauis cauſa in qua tenor dictæ cōſtitutionis pro-
duceretur & quauis inſtantia etiam primæ, & vlterioris
appellationis ſublata eis & eorum cuilibet quauis ali-
ter interptetandi & iudicandi facultate & auctoritate,
ac Irritum. &c.

Placet publicetur, & deſcribatur.. I.

Lecta & publicata fuit ſupraſcripta Regula Romę in
Cancellaria Apoſtolica Anno incarnationis Domini-
cæ Milleſimo Quingenteſimo Quinquageſimo Tertio.
Die vero Martis 16. menſis Maii Pontificatus prælibai-
ti Sanctiſſimi Domini Noſtri Domini Iulii Papę III.
Anno Quarto.

A. Lomellinus Cuſtos.

CONSTITVTIO PERPETVA S.D.N. Domini Iulii Papæ III. contra retinentes bene ficia eccleſiaſtica, abſq; literis Apoſtolicis ſuper eiſdem retentionibus, Nec non contra quoſcunq; ap prehendentes poſſeſ ſiones benefi ciorũ eccleſiaſticorum abſque eiſ dem literis Apo ſtolicis.

*

SAnctiſſimus in Chriſto Pater & Domi nus noſter, D. Iulius diuina prouiden tia papa III. Cui nuper innotuit ꝙ li cet alias fe. re. Gregorius decimus, in generali Conſilio Lugduneñ. ſua gene rali conſtitutione ſanciuerit ꝙ nullus ex tunc de cætero Adminiſtrationem dignitatis ad quã electus eſſet priuſquam celebrata de ipſo electio confir maretur sub Oeconomatus vel procurationis nomine aut alio de nouo quæſito colore in ſpiritualibus vel tẽ poralibus per ſe, vel per alium pro parte vel in totum gerere vel recipere, aut illis ſe, immiſcere pſumeret oẽs illos qui ſecus feciſſent iure, ſi quod illis per electionem quæſitum foret decernens eo ipſo priuatos. & piæ me. Bonifacius Octauus, etiam ſua perpetua valitura conſti tutione ſanciuerit, vt Epiſcopi, & alii prælati, ſuperio res, necnon Abbates, Priores, & cæteri Monaſteriorum regimina exercentes quocunq; nomine cenſerentur, q apud ſedem Apoſtolicam promouerentur, aut cõfirma tionis, conſecrationis, vel benedictionis munus recipe rent admiſſas eis eccleſias, & Monaſteria dictę ſedis lr̄is

eorum promotionem, confirmationem, conſecrationẽ, ſeu benedictionem huiuſmodi continentibus non confecti s accedere vel bonorum eccleſiaſticorũ adminiſtrationem accipere non præſumerent, nullíq; eos abſq; dictarum literarum oſtenſione recipere, aut eis parerẽt, vel intenderent. Quod ſi forſan contra præſumptum fuiſſet, quod per ipſos Prelatos, Abbates, Priores, & alios Monaſteriorum regimina exercentes prædictos medio tempore actum foret irritum haberetur, nec quicquam interim iidẽ Epiſcopi vel Prelati, Abbates, Priores, vel regimina exercentia de ecclesiarum vel monaſteriorum eorundem prouentibus perciperent, & re. me. Paulus Tertius Rom. Pontifices predeceſſores noſtri quibuſcunq; Tabellionibus publicis ſub excommunicationis latæ ſententiæ pena inhibuerit, ne extunc de cætero de Tranſumptis ſupplicationum preterquam hab. ñ. clauſulam ꝙ earum ſola ſignatura ſufficeret, ac decreto & conceſſione literarum, ſeu mandatorum poſſeſſionẽ beneficiorum eccleſiaſticorum vigore ſupplicationum huiuſmodi apprehendi, rogari deberent, neue illa ſubſcribere, aut quouis modo auctenticare, vel partibus tradere preſumerent, volens & Apoſtolica auctoritate ſtatuens inter cætera, ꝙ partes Tranſumptis, ſeu literis, aut mandatis huiuſmodi extunc deinceps vtentes, ac illorũ pretextu poſſeſſionem beneficiorum huiuſmodi apprehendentes fructus quos ex illis pro tẽpore perciperent ſuos non facerent. Quinimo ad beneficia in eiſdem trãſumptis, & literis, ac mandatis expreſſa efficerentur, ipſo facto perpetuo inhabiles & ad reſtitutionem fructuũ ex illis pro tempore perceptorum, in vtroq; foro tenerentur. Decernens ſic iudicari debere, ac irritum etc. Et ſucceſſiue Sanctitas ſua, attendens, ꝙ ante confectionem literarum gratia apoſtolica, eſt in formis, inter alia voluerit, ſtatuerit, et ordinauerit, ꝙ iudices in Rom. Curia.

vel extra eam pro tempore exiſtentes,etiam ſi eſſent Sā-
ctę Romanę Eccleſię Card. vel cauſarum Palatii apoſt.
Auditores,aut quicunq; alii non iuxta ſupplicationū.ſu-
per impetrationū.ſignatarum tenores et formas iudica-
re deberent,etiam decreto irritanti adiecto , Nihilomi-
nus diuerſi Epiſcopi,et alii Prelati ſuperiores et Abba
tes,literis ſuper diſpenſationū ,retinendi beneficia p eos
antequam promouerentur, aut eorum electiones con-
firmarentur obtenta per prædictam Sedem pro tempo-
re conceſſis minime confectis beneficia per eos obten-
ta prędicta retinere , et diuerſę aliæ perſonæ eccleſiaſti-
cæ poſſeſſionū.beneficiorum eccleſiaſticorū eis dicta au-
ctoritate conferri,ſeu commendari, vel in eorum fauo-
rem vniri,aut alias diſponi conceſſionū. literis Apoſtoli-
cis deſuper non expeditis apprehendere pręſumunt in-
habilitatem,et alias pęnas in ſancionib. et inhibitione
ac voluntate,et ſtatuto prædict. contentas damnabili-
ter incurrendo in animarum suarum periculum, Vo-
lens periculis animarum huiuſmodi latius occurrere
ſanciones et inhibitioné , ac volūtatem,et ſtatutum hu
iuſmodi quorum tenores Sanctitas sua , ac ſi de verbo
ad verbum inſererentur haberi voluit pro expreſſis ap
probans,et innouans,ac perpetuo obſeruari debere,de
cernens,et ſanctiones ipsas ad inferiora beneficia eccle
ſiaſtica,quæcunq;,quomodocunq;,qualificata amplians
et extendens,hac sua in perpetuum valitura cōſtitutio-
ne ſtatuit,et ordinauit,ꝙ omnes et ſingulæ perſonæ ec-
cleſiaſticę,tam ſeculares,quàm quorumuis ordinum re-
gulares,cuiuſuis ſtatus, gradus, ordinis, vel conditionis
exiſtant etiam ſi epiſcopali vel archiepiſcopali,aut pa-
triarchali,vel alia maiori dignitate pręfulgeant , ꝙ de
cętero literis sup diſpéſationū. retinédi bñficia p eos an
tequam promoueantur, aut eorum electiones confir-
métur obtéta eis p Sedé eandé pro tépore conceſsis be-

neficia ipſa retinere,aut poſſeſſionem alicuius , ſeu ali-
quorum beneficiorum eccleſiaſticorum cum cura,vel ſi
ne cura ſecularium vel quorumuis ordinum regulariũ
quæcunq;,& qualitercunq; qualificatorum eis dicta au-
ctoritate Apoſt.conferri,ſeu commendari , aut in eorũ
fauorem & commodum vniri ſeu alias diſponi conceſ-
ſioñ.literis Apoſtolicis ſuper collatione, ſeu commen-
da,aut vnione,ſeu alia diſpoſitione huiuſmodi non ex-
peditis per ſe,vel per alium , ſeu alios eius nomine etiã
ſupplicatioñ ſeu ſumptorum vel tranſumptorum hu-
iuſmodi,aut collationum eis poſtmodum de ipſis bene-
ficiis tanquam etiam tunc certo modo in ſupplicatioñ.
expreſſo vacantibus ordinaria vel alia quauis auctorita
te factarum prætextu apprehendere pręſumpſerint,aut
per alios apprehenſam ratam,& gratam habuerint ipſo
rum beneficiorum non poſſeſſores ſed meri & nudi de-
tentores,ac violenti,& ſine aliquo titulo in eis intruſi
cenſeantur,& pro talibus habeantur,& reputentur, nec
fructus ſuos faciant ſed ad illorum reſtitutionem,vt p̃-
fertur,teneantur,& obligati exiſtant, conſtitutioñ . ſeu
dictę Cancellariæ regulę de annali,& triennali poſſeſſo
re in illis locum non habeant,nec eiſdem detentoribus
& intruſis in aliquo ſuffragentur quinimo beneficia per
eos tempore promotionis ſuæ,aut eorum electionis,cõ
firmationis, obtenta literis ſuper diſpenſatione ea reti-
nendi,ſibi conceſſa non expeditis retinentes,aut poſſeſ
ſionem beneficiorum literis Apoſtolicis ſuper illis non
confectis apprehendentes, ſeu per alios apprehenſam ,
ratam,& gratam habentes beneficia,ſic retenta, aut ap-
prehenſa,& omne ius quod in illis, vel ad illa pro tem-
pore quomodolibet habuerint eo ipſo amittant,illiſq;
& illo priuari,ac ad illa de cætero obtinẽda perpetuo
inhabiles,nec illa vlterius, & prætextu noui tituli , aut
nouæ commendæ,vel vnionis,ſeu alterius diſpoſitionis

etiam apoſtolica auctoritate facta aſſequi valeāt, ſed bñficia ipſa tāquam de iure,& facto vacātia aliis conferri, ſeu commēdari,& per quoſuis,tam ab eoꝝ ordinariis, collatoribus,quā a ſede pdicta libere impetrari poſſint, & ſi bñficia ipſa litigioſa fuerint collitigātes in omni iure,& ad omne ius quod bñficia retinētibus,aut poſſeſſionem apprehēdentibus hmōi in eiſdem bñficiis,vel ad illa quolibet competebat aut competere poterat eo ipo abſq; iuris,aut hominis miniſterio ſurrogentur,& ſurrogati eſſe cenſeantur,ac in eorum fauorem cauſa deſup pēdens aduocata,& lis extincta fuiſſe,& ſimiliter eſſe cēſeātur. Quodq; de cætero ſupplicationes ēt manu nr̃a, & motu proprio ſignatę,niſi habuerint clauſulam ꝙ eorum ſola ſignatura ſufficiat nullam aliam,quam per literarum ſuper illis conficieñ.fidem, aut probationē faciāt,ſeu præſtēt,nec vlla eis in aliquo alio caſu fides adhibeatur,aut adhiberi poſſit. Decernens ſic & nō aliter, tam in eadem curia,quam extra eam, & in partibus per quoſcūq; iudices,ac commiſſarios quauis etiam Apoſtolica auctoritate prædicta fungentes etiam cauſarum palatii hmōi Auditores & ipſius Rom.Eccl.Cardinales in quauis cauſa & inſtātia ſublata eis, & eoꝝ cuilibet quauis aliter iudicandi,& interpretandi auctoritate,& facultate iudicari & diffiniri debere,ac irritum &c.

Placet publicetur,& deſcribatur. I.

Lecta et publicata fuit ſupraſcripta Regula Romę in Cācellaria apoſtolica.Anno incarnationis dñicę,1553. Die vero ſabb.xvii.menſis Maii. Pontificatus pręlibati Sanctiſsimi in Chriſto patris,& D.N.D.Iulii diuina prouidentia Papæ III. Anno Quarto.

A,Lomellinus Cuſtos.

RESERVATIO BENEFICIORVM Sanctę Romanę Eccleſię Cardinalium.

SAnctiſſimus in Chriſto pater, & Dominus Noſter, Dominus Iulius diuina prouidentia Papa Tertius Qui in Craſtino aſſumptionis ſuę prędeceſſorum ſuorum veſtigiis inhęrendo quęcunq; beneficia ecclesiaſtica, quæ ſui etiam dum Cardinalatus fulgebatur honore exiſtentes familiares continui commenſales obtinebant,& in poſterum obtinerent eorum familiaritate durante ac in quibus ſeu ad quę ius eis competebat aut cōpeteret diſpoſitioni ſuę generaliter reſeruauit & cui innotuit quod a nonnullis forſan nimium ſcrupuloſis heſitatur. An beneficia S R.E.Cardinalium ſub reſeruatione huiuſmodi comprehendantur conſiderans eoſdē Cardinales ſuos conſiliarios ac membra & partem corporis ſui exiſtere ſibiq; in regimine vniuerſalis Eccleſiæ aſſiſtere & ſe eorum per ceteris omnibus opera familiariſſime vti .Et propterea maiorem rationem reſeruationis beneficiorum per eos pro tempore obtentorum in eis quam in ſuis familiaribus continuis commenſalibus eſſe volens dubitationem huiuſmodi ſuę declarationis oraculo de medio tollere voluit,ſtatuit,& ordinauit qđ de cetero eccleſię monaſteria , & beneficia Eccleſiaſtica cum cura,& ſine cura ſecularia,& quorūuis ordinum regularia quę viuentes nunc & qui ſuo tempore erunt ipſius S.R.Ec.Cardinales in titulum vel commendam aut alias quomodolibet obtinent,& in poſterum obtinebūt quouis modo qualificata exiſtant etiam ſi eorum commenda aut adminiſtratione ceſſante eo quo ante commendam aut adminiſtrationem eandem vacabant modo vacent ſub reſeruatione prædicta comprehendātur,

& illi ſubiiciantur ac Regulę Cancellarię,& alię conſtitutiones. Ceterę dispoſitiones ac indulta Apoſtolica de beneficiis familiarium continuorum commenſalium Sanctitatis ſuę loquentia in beneficiis per eoſdem Cardinales vt prefertur pro tempore obtentis verificentur & locum habeant ſuumq; plenarium effectum conſequantur. Decernens ſic & non aliter in pręmiſſis omnibus & ſingulis per quoſcunq; iudices & cōmiſſarios quauis authoritate fungentes etiam cauſarum palatii Apoſtolici Auditores & eoſdem Cardinales in quauis cauſa & inſtantia ſublata &c. iudicari,& diffiniri debere ac irritum &c.

Placet publicetur,& deſcribatur: I.

Lecta & publicata fuit ſupraſcripta Regula Romæ in Cancellaria Apoſtolica Anno Incarnationis Dominicę. Milleſimo Quingenteſimo Quinquageſimotertio, Die vero Martiis duodecima menſis Decembris Pontificatus pręlibati Sanctiſſimi Domini Noſtri Domini Iulii Papę Tertii. Anno Quarto.

A. Lomellinus Cuſtos.

REGVLÆ S.D.N.D. IVLII DIVINA prouidentia Papę III. Reuocatoria Expectatiuarum & aliarum gratiarum ad vacatura beneficia conceſſarum, & concedendarum.

SAnctiſſimus in Chriſto pater & D.N.D.Iulius diuina prouidentia Papa III, Qui poſt publicationé conſtitutionis ſuę gratiarum non tamen expectatiuarum,& aliarum conceſſionum ad vacatura beneficia ac ſpecialium reſeruationum mandatoꝝ de prouidendo ſeu commendando aut alias diſponendo quibuſuis perſonis conceſſorum reuocatorię die xvi. menſis Maii.Pont.ſui Anno Quarto in Cancellaria Apoſtolica publicatę cuius publicationem huiuſmodi pro ſingulis diebus facta haberi voluit ad nonnullorum pces, ſeu importunam inſtantiam aut ex aliis cauſis plura ex gratiis conceſſionibus reſeruationibus, & mandatis reuocatis huiuſmodi reualidauit,& illa de nouo ac alia ſimilia gratias conceſſiones reſeruationes & mandata in diuerſarum perſonarum ſeu etiam nullius fauorem cóceſſit cum expreſſa.conſtitutionis ſeu regulę prędictæ derogatione.cupiens ambitioſę cupiditati eorum pro quibus gratiarum conceſſionum reſeruationum & mandatorum reuocatorum reualidationes ac gratię conceſſiones reſeruationes & mandata hmói emanarũt obuiare,quaſcunq; expectatiuas & alias citra acceſſus & regreſſus ac de conſenſu coadiutorias ad vacatura beneficia, gratias earũq; extenſiones reualidationes & collationũ mutationes etiam ſi qui per eas in canonicos ſub expectatione prębendę vel portionis creati aut recepti fuerint necnon pręterquam ſuper quibus per Cancellariã prędicta literę in forma ſo ita expediri conſueuerunt

ſpeciales reſeruationes etiam mentales necnon nomina tiones & nominandi ac poſſeſſionem beneficiorum pro tempore vacantium apprehendendi facultates ac mandata de prouidendo & alias conceſſiones de beneficiis vacaturis & illa commendando ſeu alias de illis diſponendo preterquam in forma capituli mandatũ in Francia quibuſuis perſonis cuiuſcunq; dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, vel conditionis exiſtant etiam ſi Cardinalatus honore aut alia eccleſiaſtica vel mundana dignitate prefulgeant. Ac etiam facultates & indulta quibuſuis Archiepiſcopis Epiſcopis, & aliis locorum ordinariis cæteriſq; ordinariis collatoribus non tamen S. R. Eccl. Cardinalibus quandiu vixerint ſeu ad aliud tempus diſponendi de beneficiis eccleſiaſticis ſecularibus & regularibus ad eorum collationem ſeu quãuis aliam diſpoſitionem pertinentibus etiam ſi diſpoſitioni Apoſtolice reſeruata ſeu ex generali reſeruatione Apoſtolica affecta forent in aliis quàm alternatis ſeu eiſdem ordinariis collatoribus per Sanctitatem ſuam vigore conſtitutionum ſuarum aut dictæ Cancellariæ regularum conceſſis & concedendis menſibus ac etiam quo ad bñficia eidem diſpoſitioni generaliter reſeruata ſeu affecta duntaxat in eiſdem alternatis menſibus ab ipſa Sanctitate ſua & Sede Apoſtolica ſeu eius legatis etiam Motu proprio & ex certa ſciẽtia ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine etiam Imperatorum, Regum, Ducum, aut aliorum Principum cõſideratione & ex quibuſuis etiam vrgentiſſimis cauſis ac cum quibuſuis declarationibus, & mentis Sanctitatis ſuæ atteſtationibus, & a reuocationibus preſeruatiuis aliiſq; efficatioribus & inſolitis clauſulis necnon irritantibus, & ꝙ illa ex tunc effectum ſortita eſſent ac niſi certis modis & forma in eis expreſſis, & de cõſenſu eorum quibus conceſſa foret reuocati nõ poſſent & quotiens illa reuocarentur totiens de nouo

conceſſa & innouata eſſent & eſſe cenſerentur ac expedi ri poſſen, & ſic per quoſcūq; iudices iudicari deberet a= liiſq; efficacioribus etiam vim contractus inducentibus decretis etiam de conſenſu ordinariorum collatorum & alias non tamen conſiſtorialiter hactenus conceſſa ap probata & innouata quo ad ea in quibus vere, & realiter aut alias quàm ex decreto in eis appoſito non ſunt effectum ſortita expreſſe reuocauit, & illa, & quæ ema= nare cōtigeret in futurum ſpeciales reſeruationes vnio= nes temporales, conceſſiones mādata facultates & indul ta, & alias gratias ad vacatura beneficia huiuſmodi & ſu per illis extenſiones reualidationes & declarationes etiā cum præſentis conſtitutionis expreſſa derogatione etiā ſi in eiſdem quæ emanarunt, & in futurum emanabunt ſpecialibus, reſeruationibus, vnionibus temporalibus, conceſsionibus mandatis facultatibus indultis, & aliis gratiis ad vacatura beneficia, & ſuper illis extēſionibus, reualidationibus, et declarationibus contineretur ex= preſſæ quod illa in huiuſmodi generalibus, reuocatio= nibus, ſuſpenſionibus, modificationibus, et reſtrictionib. quæ fierent nullatenus includerentur, niſi de perſonarū quas concernunt, et in futurum concernerent ac quarū conſideratione emanarunt vel emanarēt nominibus co gnominibus dignitatibus et cauſis propter quas eis con ceſsa ſunt ſeu cōcederentur et quauis alia expreſsio in= diuidua de eiſdem fieret idq; pluris perſonis per diuerſas literas ſub diuerſis datis cum certi temporis interuallo inter datas hmōi inſinuaretur ac perſonarum earundē in reuocatione huiuſmodi expreſsus acceſſeret aſſenſus ceaſerentur quàm reſeruationes vniones, conceſsiones mandata facultates indulta, et aliæ gratiæ ad vacatura beneficia huiuſmodi totiens reualidata, et in priſtinum ſtatum repoſita quotiens ea reuocari reſtringit, et modi ficari contingeret illorum tenores, atq; formas et clau=

ſul.s

ſulas hmõi ac alias in eis quę emanarũt cõtẽtas,& in his, quæ emanabunt continendas, ac ſi de verbo ad verbum exprimerentur pro expreſſis,& ſpeci ficatis habendo vo luit pro infectis & non conceſſis haberi, & viribus om nino carere etiam ſi per ea quæ emanarent reſeruatio nes,vniones,conceſſiones mandata facultates indulta, & alias gratias ad vacatura ad beneficia viribus vacuata huiuſmodi huic conſtitutioni ſpecifice,& expreſſe dero garetur,& ne ſi contingeret a Sanctitate ſua reſeruatio nes,vniones,conceſſiones mandata facultates indulta, & alias gratias ad vacatura beneficia etiam huiuſmodi quæ vt pręfertur viribus carere voluit cum præſentis ſuæ conſtitutionis expreſſa derogatione ac etiam cum clauſulis prædictis,& aliis efficatioribus ac fortioribus illis in futurum emanare illa contra huiuſmodi conſti tutionis tenorem ſortiantur effectum ſed quotiens ema nauerint totiens reuocentur. Etiam voluit Sanctitas ſua reuocationem huiuſmodi,& alia præmiſſa ac illo rum lecturam,& publicationem quæ fiet in Cancellaria prædicta ſingulis diebus ſequentibus pro denuo facta haberi,& gratias ipſas reuocatas,& viribus vacuatas hu iuſmodi quæ etiam cum ipſius conſtitutionis expreſſa derogatione ſingulis diebus emanarint includere, & vi ribus vacuare in omnibus,& per omnia prorſus, & ſine vlla differentia ac ſi eiſdem diebus, conſtitutio ipſa per Sanctitatem ſuam innouata prout eam innouauit,& il lis diebus Cancellaria tenta,& in ea conſtitutio ipſa le cta,& ſolemniter publicata extitiſſet ſeu innouaretur & publicaretur conſtitutionemq; ipſam quæ etiam ex tũc ligare debeat abſq; alia publicatione dari cuicunq; pe tenti vt moris eſt in aliis dictę Cancellariæ regulis etiam abſq; expreſſione cauſæ in qua, & nominis eius contra quem petens eam vti vellet. Decernens ex tunc irritum & inane quicquid ſecus prętextu ſic reuocatorum con

ceſſarum hactenus, & quæ concederentur impoſterum vnionum,conceſsionum,mandatorum,facu ltatum, indultorum, & aliarum gratiarum ad vacatura beneficia etiam cum præſentis coſtitutionis expreſſa derogatione fieri contingeret poſt ipſius conſtitutionis quæ fiet, & quam pro facta haberi voluit ſingulis diebus publicationem.

Placet publicetur & deſcribatur. I.

Lecta & publicata fuit ſupraſcripta Regula Romæ in Cancellaria Apoſtolica. Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo Quingenteſimo Quinquageſimoquarto die vero Sabbati prima menſis Septembris. Pontificatus prælibati Sanctiſſ. Domini noſtri Domini Iulii diuina prouidentia Papæ tertii Anno Quinto.

A.Lomellinus Cuſtos.

REGVLA S. D.N.D. IVLII DIVINA prouidentia Papę III. Declaratoria Indultorũ Reuerendiſſimorum Dominorum S.Ro. E.Cardinalium etiam quoad beneficia reſeruata & affecta.

*

SAnctiſſimus in Chriſto pater & D. N.D,Iulius diuina prouidentia Papa III, Cui nuper innotuit quod propter diuerſitatem indultorum S.R.E.Cardinalibus tam ordinariis quàm ordinariis collatoribus ſup conferendis per ſe vel alios beneficiis eccleſiaſticis cum cura & ſine cura,Secularibus , & regularibus ad eorum , ſiue aliorum collationem,prouiſionem,præſentationem , inſtitutionem ſeu quãuis aliam diſpoſitionem, communiter, vel diuiſim pertinẽtibus,etiam diſpoſitioni Apoſtolicæ,ſpecialiter vel generaliter reſeruatis ſeu affectis extra Ro. Cu.vacantibus,perinde ac ſi gratiæ expectatiuæ,ſpeciales vel generales reſeruationes,ac regulæ,& conſtitutiones beneficiorũ reſeruatoriæ diſpoſitioneſq; Ro.Pont. de illis ſic vacantibus nullatenus emanaſſent. Ac conſenſu eorundem Cardinalium vel procuratorum ſuorum ad prouiſiones,& quouis alias diſpoſitiones de illis in dicta Curia vacantibus per Ro.Pont.faciendas in expeditione literarum deſuper præſtando,conceſſorum , & varias clauſulas in literis ſuper huiuſmodi indultis confectis adiectas,diuersæ confuſiones,& lites oriuntur . Et nõ ſolum ipſi ordinarii collatores grauati eſſe noſcuntPr,verum etiam diſpoſitiones apoſtolicæ de huiuſmodi beneficiis etiam per reſignationem apud Sedem apoſtolicam vacantibus ſæpius impediuntur. Volens ſuper

hoc (vt decet) prouidere ac huiuſmodi indulta ad re-
ctitudinis ſemitam iuſtitia ſuadente reducere, & in meli-
us reformare, veſtigiis fe. re. Clementis PP. vii. prędeceſ
ſori ſui in hoc inhærendo. Statuit & ordinauit quod
Cardinales ipſi quoad vixerint, ſoli per ſe, vel alium vel
alios, quem vel quos ad hoc duxerit deputādum ſeu de-
putandos, etiam quando & quotiens eos de licentia ſua
a dicta curia etiam vbilibet & vltra montes abeſſe con-
tigerit, de quibuſcunq; beneficiis eccleſiaſticis cum cura
vel ſine cura, ſecularibus & quorumuis ordinum regula
ribus, quæ ad collationem, prouiſionem, pręſentationē
electionem, inſtitutionem, ſeu quāuis aliam ſimilem vel
diſſimilem diſpoſitionem ſuam de iure, vel conſuetudi-
ne, tam ratione titulorum ſuorum Cardinalatuum, ac
Cathedralium etiam Metropolitañ. quibus eos præeſſe
contigerit, quàm aliarum etiam eccleſiarum, ac quorū-
cunq; Monaſteriorum, etiam conſiſtorialium, Prioratuū
Prępoſiturarum, Prępoſitatuum, dignitatum perſona-
tuum, adminiſtrationum & officiorum aliorumq; bene
ficiorum eccleſiaſticorum ſecularium, & quorumuis or
dinum regularinm, quæ ex conceſſione & diſpenſatione
apoſtolica in titulum & commendam, vel adminiſtratio
nem, aut quocunq; alio titulo obtinent, & impoſterum
obtinebunt, communiter vel diuiſim quomodolibet &
quocunq; iure vel titulo pertinent vel ſpectant, aut in
futurum pertinebunt vel ſpectabunt ſeu quorum colla
tio, prouiſio, præſentatio, electio, inſtitutio, ſeu quæuis
alia ſimili vel diſſimili diſpoſitio eiſdē Cardinalibus ra-
tione ceſſionis regiminis & adminiſtrationis eccleſiarum
ſeu commendæ monaſteriorum, prioratuum, perſona-
tuum, adminiſtrationum, officiorū, & beneficiorum præ-
dictorum in manibus Sauctitatis ſuæ aut alicuius præ-
deceſſoris vel ſucceſſoris ſui factæ apoſtolica auctorita-
te reſeruata exiſtit, aut in futurum reſeruabitur, etiam ſi

ſecularii canonicatus,& præbendæ,dignitatis etiam ma-
iores ſeu principales, perſonatus , adminiſtrationes vel
officia in Cathedralibus etiam Metropolitañ.vel colle-
giatis eccleſiis,Regularia vero beneficia huiuſmodi Mo-
naſteria (non conſiſtorialia) Prioratus Præpoſituræ,
Prępoſitatus,dignitates etiam conuentuales,perſonatus
adminiſtrationes, vel officialia etiam clauſtralia fuerint,
& ad prioratus,prępoſituras, præpoſitatus , dignitates,
perſonatus adminiſtrationes vel officia, canonicatus , &
præbendas cęteraq; beneficia huiuſmodi conſueuerint
qui per electionem aut quęuis alium modum aſſumi,eiſ-
que cura immineat animarum , ac beneficia huiuſmodi
ex eo,quia illa obtinentes aliquorum prędeceſſorũ ſuo-
rum Ro.Pont.aut S.R.E.Cardinalium etiam viuentium
familiares continui commenſales aut dictæ ſedis Nota-
rii,Subdiaconi,Accoliti,Capellani,literarum Apoſtoli-
carum,Abbreuiatores,& Scriptores,Cubicularii,Nuncii
aliiq; Ro.Cu.officiales,quocũq; nomine nuncupati fue-
rint,ſeu ex quauis alia cauſa diſpoſitioni apoſtolicæ ſpe-
cialiter vel alias,præterquàm ratione familiaritatis con
tinuæ commenſalitatis familiarum ſuorum continuorũ
commenſalium,qui nunc ſunt,ſeu alias dum Cardinala-
tus honore fungebatur,fuerunt,aut quãdiu regimini,mi-
litantis eccleſia præerit,erunt,generaliter reſeruata, vel
ex generali reſeruatione apoſtolica affecta exiſtant , ſeu
fuerint,quæ extra dictam curiam quomodolibet, etiam
illorum commendis ceſſantibus,vacare contigerit , Qui-
buſuis perſonis,de quibus ſibi videbitur, etiam quæcũq;
& qualiacũq; beneficia eccleſiaſtica cum cura,& ſine cura
obtinentibus & expectantibus prouidere , & illa eis con-
ferre,ac de illis alias diſponere libere & licite valeant ,
perinde ac ſi collationes & commendæ,ſiue expectatiuæ
gratiæ,ſpeciales reſeruationes,vniones,annexiones & in-
corporationes,mandata etiam de prouidendo & vnien-
do,etiam quæuis aliæ diſpoſitiones,etiam eiſdem S.R.E.

Cardinalibus etiam motu proprio, vel ad eorum inſtantiam hactenus conceſſa vel impoſterum concedẽda, tam per S.ſuam ſeu Ro.Pont.pro tempore exiſtentem,quam legatos de latere & Cardinales quoſcunq; , etiam motu ſimili & ex certa ſcientia,ac cum quibuſuis prægnantib. & efficaciſſimis ac inſolitis clauſulis non emanaſſent,ſeu emanarent,& quod regulę Cancellarię apoſtolicę dignitatum maiorum,& principalium,aliorumq; beneficiorũ etiam Cardinalium aut Rom.Pont. (non tamen S.ſuæ) familiarium continuorum commenſalium ſeu eorũdem & dictę Sedis officialium, ſeu alias quouiſmodo reſeruationes generales vel ſpeciales continentes ſiue inducentes conſtitutiones aut alias quomodolibet affectionem facientes ad dicta Monaſteria Prioratus, Prępoſituras, Præpoſiratus,dignitates,perſonatus, adminiſtrationes, officia,Canonicatus,& prębendas aliaq; beneficia nullatenus ſe extenderent , ſed de ipſis,quę pro tempore quomodolibet extra curiam prędictam,etiam ceſſantib. cõmendis,aut vnionibus diſſolutis vacare contigerit,vt p̄fertur,libere diſponant,perinde ac ſi collationes & commendę ſuæ gratię expectatiuę,ſpeciales & alię reſeruationes,affectiones,vniones,conſtitutiones & mandata huiuſmodi non apparerent. Si vero in dicta curia per obitũ, vel promotionem,aut quamuis aliam dimiſſionem, ſeu amiſsionem,pręterquam per reſignationem in manibus S.ſuæ aut ſucceſſorum ſuorum Ro.Pont. vacare,& de illis ſic vacãtibus vel vacaturis per eãdem S.ſuã vel ſedem prædictam diſpoſitioni contigerit,etiã ſi beneficia hmõi ex quauis cã etiã ex eo,quod illa obtinentes pro tempore dictę ſedis Notarii,Subdiaconi,Accoliti, Capellani, Cubicularii,Nuncii,Abbreuiatores & ſcriptores ſeu alii officiales,aut quauis alia qualitate aliquã aliã generalẽ reſeruationem vel affectionem inducente qualificati aut pręcedeſſorum ſuorum Ro. Pont. ſeu aliorum eiuſdem

Ro.E.Cardinalium etiam tunc viuentium, non tamen ſui (vt præfertur) familiares continui commenſales fue rint, vel exiſtant diſpoſitioni Apoſtolicæ generaliter reſeruata fuerint, & ipſi officiales ac familiares beneficia huiuſmodi commendę vel vnionis, aut quouis alio titulo obtinuerint, quod in expeditione literarum apoſtolicarum ſuper illorum collatione & prouiſione huiuſmodi, ac commenda, aut quauis alia diſpoſitione (Eccleſiis tamen Cathedralibus, & Monaſteriis Conſiſtorialibus exceptis) ipſorum Cardinalium ſi in eadem curia tunc præſentes fuerint, per ſeipſos. Si vero eos ab illa etiam pro ſua voluntate vbilibet, etiam vltra montes de licentia. S. ſuæ abeſſe contigerit, eorũ ad id per eos deputati procuratoris expreſſus accedat aſſenſus, alioquin gratię, & literæ deſuper conficiendæ nullius ſint roboris vel momenti. Decernens affectiones, reſeruationes, regulas, conſtitutiones, ordinationes, collationes, & commendas, gratias expectatiuas, reualidationes, extenſiones, mutationes nominationes, facultates, vniones, & mandata ac decreta in illis contenta, quoad impediendum dictos Cardinales, quominus in pręmiſſis ſua ordinaria auctoritate vti valeant, vt præfertur, pertinentia, nullatenus ſe extendere, ac per quoſcunq; etiam ſedis prædictæ legatos, etiam de latere & Nuncios nunc & pro tẽpore deputatos quauis etiam ſpeciali facultate fungentes de beneficiis pręedictis nullatenus prouideri vel diſponi poſſe, ac irritum & inane, ſi ſecus ſuper præmiſſis a quoq; quauis auctoritate etiam per S. ſuam & dictos Legatos, & Nuncios, ſcienter vel ignoranter contigerit attẽtari. Volens nihilominus quod ii, quibus iidem Cardinales aliqua beneficia eccleſiaſtica reſeruata vel affecta, quorum fructus &c. xxiiii. Ducatorum au. de ca. ſc. co. ex. va. an. excedent. Indultorum huiuſmodi vigore per ſe vel alium cõtulerint infra quatuor, ſi citra & ſi vltra montes collationes ipſe fiant,

infra octo menſes a tempore habitæ poſſ. eorundem beneficiorum computandos nouas prouiſiones ſuper beneficiis ipſis ſic conferendi a Sede prædicta impetrare,& literas deſuper in totum expedire, ac annatam propterea Cameræ Apoſtolicæ debitam cum effectu ſoluere teneatur,alioquin eiſdem menſibus elapſis, beneficia ipſa vacare cenſeantur eo ipſo, poſſintq; per alios a Sede prædicta dumtaxat,libere impetrari,niſi illi,quibus collata fuerint,legitimo ſint impedimento detenti, vel ipſis petentibus huiuſmodi nouas prouiſiones,& proteſtantibus ac per eos non ſtat contigerit illas ſibi denegari. Et inſuper quæcunq; indulta eiſdem Cardinalibus ſuper cōferendis beneficiis eccleſiaſticis & eorum conſenſu in diſpoſitionibus illorum apud Sedem prædictam vacantiū requirendo,per quoſcunq; Rom. Pontifices prædeceſſores ſuos ac Sanctitatem ſuam,tam ſub plumbo,quàm in forma breuis & motu ſimili,& ex certa ſciētia, ac de apoſtolicæ poteſtatis plenitudines,& cum quibuſuis prohibitoriis,ac derogatoriarum derogatoriis,& aliis etiā quantumcunq; efficaciſſimis & inſolitis clauſulis,irritātibuſq; & aliis decretis,hactenus conceſſa,quo ad ea,quæ præſenti conſtitutioni contrariantur,aut ſub illa non comprehenduntur,quorum omnium tenores, formas effectus, Sanctitas ſua haberi voluit pro ſufficienter expreſſis,Reuocauit,& Annullauit ac quicquid ipſorum ſic reuocatorum indultorum pretextu per ipſos Cardinales fieri & attentari contigerit,nullius roboris vel momenti fore decreuit. Statuto,ordinatione,decreto,& declaratione ſuis in craſtinum aſſumptionis ſuæ editis, quibus voluit Cardinales in conſtitutionibus per eum imposterum edendis & publicandis non comprehendi,niſi illæ eorum fauorem concernerent,vel ipſæ cōſtitutiones de eorundē Cardinaliū vel maioris partis eorꝫ cōſilio editæ forēt, nequaquam obſtantibus.

Placet publicetur,& deſcribatur: I.

Lecta & publicata fuit ſupraſcripta Regula Romæ in Cancellaria Apoſtolica Anno Incarnationis Domini-cę. Milleſimo Quingenteſimo Quinquageſimoquarto Die vero Martiis ſecũda menſis Octob. Pontificatus prę libati Sanctiſſimi Domini Noſtri Domini Iulii Papę Anno Quinto.

A. Lomellinus Cuſtos.

REGVLA SANCTISSIMI D. N. IVLII diuina prouidentia Papę III. Reſeruatoria octo menſium Apoſtolicorum.

*

SAnctiſſimus in Chriſto Pater & Dominus noſter D. Iulius diuina prouidentia Papa III. Qui ſuperioribus diebus quaſcũq; expectatiuas & alias citra acceſſus, & regreſſus, ac de conſenſu coadiutorias ad vacatura beneficia gratias, earumq; extenſiones & collationũ mutilationes, necnõ præterquam ſuper quibus per cancellariam Apoſtolicam literæ in forma ſolita expediri conſueuerunt, ſpeciales reſeruationes etiam mentales, necnon nominationes & nominandi, ac poſſeſſionem bonorum pro tempore vacantium apprehendendi facultates & mandata, ac alias conceſſiones de prouidendo, & commendando, ſeu alias de illis diſponendo præterquã in forma Capituli Mandatum in Francia, eatenus conceſſa approbata & innouata reuocauerat, decreto irritanti deſuper adiecto. Cupiens pauperibus clericis & in aliis benemeritis perſonis de beneficiis eccleſiaſticis pro-

uidere, omnia & ſingula beneficia Eccleſiaſtica cum cura & ſine cura qualitercunque qualificata ſecularia & quorumuis ordinum regularia vbilibet exiſtantia, non tamẽ ſub concordatis inter ſedem Apoſtolicam & quoſcunq; alios initis, & per eos, qui illa acceptare & obſeruare debuerunt, acceptatis & obſeruatis, quæ lędere non intendit, comprehenſa, in ſingulis Octobris, Nouembris, Ianuarii, Februarii, Aprilis, Maii, Iulii, Auguſti menſibus extra Romanam Curiam in antea quouis modo, alias quàm per reſignationem vacatura, ad collationem, prouiſionem, pręſentationem, ſeu quamuis aliam diſpoſitionem quorumcunq; Collatorum & collatricum ſæcularium, & regularium (non tamen Sanctę Romanę Eccleſię Cardinalium) quomodolibet pertinentia diſpoſitioni ſuę generaliter reſeruauit, Et voluit quòn in ſupplicationibus ſeu conceſſionibus gratiarum, quæ de dictis beneficiis tunc vacantibus etiam motu proprio fient, de menſe, in quo vacauerint, diſpoſitiue mentio fiat, alioquin gratię huiuſmodi ſint nullę. Et ſic in pręmiſſis per quoſcunq; &c. Sublata eis quauis aliter iudicandi. & interpretandi auctoritate, & facultate interpretari & iudicari debere, ac irritum &c. decreuit.

Placet publicetur, & deſcribatur. I.